Conciliantur tex. in princ. de fid. com. hered. cum leg. deportatos. 15. §. fin. ff. de iniusto, et irrito
39. Queritur, ad quid introducta fuerunt fideicommissa? Resp. ut in capacibus relinquerentur, ut
si deportatis. leg. 1. C. de her. inst. et fidei hered. quod directo relinqui non poterat. sed ob[stat]
tex. in d. §. fin. ubi ex diametro contrarium. sed procedit quoties a preside deportatus qui e[st]

+

Elaboratio ad titulum De Usufructu.

Los folios que faltan desde 12. a 17. estaban blancos.

~~4~~

Elaboratio ad Titulum De Vsufructu, Et quemadmodum amittatur.

Caput. 1.

Definitionis Explanatio, et explicatio.

Acturi de vsufructu in primis ab eius definitione incipere curavimus, quoniam omnis, quae a ratione suscipitur, de aliqua re institutio, debet a definitione proficisci, ut intelligatur, quid sit de quo disputatur, Cicero, offic. lib. 1. in princ. hanc regulam secutus Iustinianus in princ. inst. de vsufructu. talem tradit definitionem; vsusfructus est, Ius alienis rebus utendi, et fruendi, salva rerum substantia. eodemque modo refertur in Pandectis a I. C. Paulo in leg. 1. ff. de vsufr. dicitur Ius, idest, potestas Iure tributa; ut usurpari hoc verbum a Iuris autoribus solet in definitionibus rerum incorporalium, ut cum dicitur iter esse Ius eundi, actus agendi, et sic de aliis. leg. 1. ff. de servitutibus rust. praed. illud cavendum, ne cum Accursio, et vulgo interpretibus sic accipiamus Ius, ut sit servitus, repugnat enim significatione talis verbi; licet enim sit servitus Ius, et usufructus servitus, at non e diverso Ius est servitus; quia multa enim Iura, quae non sunt servitutes, ut dominium, actio, Ius superficiarium, et emphytheuticum, et alia innumera: denique Ius generis nomen est, huius generis species servitus, nam quando generis nomen sic accipitur ut unius certae speciei significationem, hoc est animal hominem significat, possit enim esse brutum: iter est servitus, at non de servitus signat iter, cum sint aliae servitutes innumerae. hac ratione vsusfructus et si dicatur, non tamen ideo Ius interpretabimur servitutem, cum sint innumera Iura, quae non sint servitutes.

Dicitur alienis rebus. quia vsusfructus est servitus personalis. leg. 1. ff. de servitutibus. nulla autem servitus nisi in re aliena, cum res sua nulli serviat. leg. uti frui. 5. ff. si vsusfructus pet. leg. in re com. 26. ff. de servitutibus urb. praed. ex hac parte natum est illud axioma: vsusfructus pars Dominii non esse. leg. recte. 25. ff. de V. S. si enim vsusfructus pars dominii esset verificaretur in re propria, non in aliena; Dominium autem semper in re nostra, et dominii pars omnis quoniam quod in toto et pars continetur. leg. in toto. ff. de reg. Iur. contra hanc partem non nihil difficultatis parit decisio text. in leg. vsusfructus. 4. ff. de vsufruc. ubi I. Cons. Paulus asserit ita: vsusfructus in multis casibus pars dominii est, et extat, quod vel praesens vel ex die dari potest. ex quibus verbis manifeste deducitur, vsumfructum aliquando esse partem dominii quo constituto, eum posse verificari in re propria. hunc nodum varie dissolvere conantur interpretes, ut refert Castillo. lib. 1. de vsufr. cap. 82. cuius tamen interpretatio, quam veriorem profitetur esse, Donellus. lib. 10. Com. cap. 17. ea est: text. in dicta leg. 4. loquitur de vsufruct. causali. quem partem dominii esse, nemo dubitat, ut potest cum proprietate Quincto; nos vero loquimur de vsufructu formali a proprietate separato, quem partem dominii non esse, evidenter colligitur ex dicta leg. recte dicimus. 25. ff. de V. S. contra hanc solutionem repugnat manifeste intellectui, dictae leg. 42. 1. quia rationem totius illius tituli, loquitur de vsufr. formali. 2.do quia vsusfructus absolute prolatus semper intelligitur de vsufr. formali. et probatur ex nominibus aliarum servitutum; quia dicit iter semper intelligit servitutem itineris, non Ius eundi, competens domino fundi. et sic de caeteris; ulterius quia ibi agitur de vsufr. qui constituitur ex die vel ad praesens, vel sub conditione. quae omnia propria sunt vsusfructus formalis, non vero causalis.

Quare reiecta hac interpretatione mihi semper placuit in hoc artic. quod ipsa sentit, in dicta leg. 4. illud enim, quod vsusfructus proprie non sit, nec dici possit pars Do-

minii

minij; nec impediat quod Proprietarius dicatur dominus rei, ut scribitur in d. l. recte dicimus, dicatur pars Dominij in multis, id est habeat similitudinem et speciem Dominij in multis, quia vere multa usufructuario conceduntur, quae regulariter domino competunt, nec videntur, nisi domino rei competere. hinc videmus, quod usufructus particeps est Dominij, et ijsdem Juribus censetur, quia ex die, et in diem, et in diviso constitui potest quod reliquis servitutibus; unde venit in vendita bonorum. l. in venditione. 8. ff. de rebus autorit. Jud. possid. ibi: *appellatione Domini fructuarius continetur.* hinc etiam dicitur, usufructum posse amitti, et lege falcidia minui. l. 5. ff. de usufr. in alijs tamen usufructus non est similis Domino, ut constat ex l. si Titio. 33. §. 1. ff. h. t. hanc solutionem ut verissimam, et ut multas difficultates legum fugantem tenet D. Joannes del Castillo, huius Complutensis Academiae Primarius Antecessor, in tract. de usufructu. lib. 1. cap. 32. n. 12.

Neque obstabit praedictae solutioni subtilis, et ingeniosa dicendi ratio, quod J. C. utitur verbo *est*. et quod verbum *est* magis significat substantiam, et existentiam quam similitudinem, quare verum dixit distinguendum est, cum subiecta materia, nam licet verbum *est*. regulariter ex sui natura denotet existentiam, et veritatem expressius, tamen si subiecta materia non patiatur, nisi similitudinem, eam tantum signabit, quia J. C. plus respiciunt mentem, quam verba. l. non aliter. ff. de V. S. l. scire leges. 16. ff. de legibus. haec solutio potest confirmari ex textu in l. bonae fidei. 48. ff. de acq. rer. dom. ibi enim dicit J. C. quod *bonae fidei possessor quoad percipiendos fructus loco Domini pene est*: nemo autem hucusque dixit, verbum illud *est*, existentiam Dominij significare, sed similitudinem: ergo sic etiam in d. l. 4.

Sed licet ex dictis iam remeat intellectus textus in d. l. 4. quatenus asserit usumfructum partem Dominij esse, non tamen quatenus affirmat constitui posse ex die, vel ad diem, vel sub conditione, cui consonat leg. Cepto. 16. §. usufruct. 2. ff. fam. ercisc. nam haec decisio redditur difficilis propter l. 4. ff. de servitut. ubi J. C. Papinianus expresse asserit, servitutes neque ex tempore, neque ad tempus, neque sub conditione constitui posse. quia usufructus, ut servitus personalis, non poterit etiam ex die constitui. verum pro huius difficultatis explicatione constituendum erit. 1.º verum esse ipso jure, id est civili, nec a die, vel a conditione incipere, neque finiri servitutes posse; jure autem praetorio posse, ut constat ex d. l. 4. ff. de servitutibus; diversum tamen esse in usufructu, nam hae servitutes recte constituuntur ex die. d. l. 4. ff. de usufr. quae autem sit ratio differentiae harum servitutum, dubium est maximum: rejectis quorundam opinionibus, verior mihi semper placuit domini Cujacij, qui lectura, intellectu, et resolutione caeteros antecellit atque eruditione, extat textus in d. l. 4. ff. de servit. in lectura eiusdem, quam habuit recitationibus solemnibus in lib. ff. subtitulo. ff. de servitut. ibi enim dicit, discriminis rationem esse, inter usumfructum, et servitutes, quia usus, et usufructus sunt jura hominum, nihil autem vetat, homini dari haec jura ex tempore, vel ad tempus; servitutes autem sunt qualitates rerum, vel praediorum; qualitates autem rebus imprimi non possunt ex die, vel ad diem, quia in subiecto existunt, et apparent, taliter ut ratione servitutis dicantur praedia qualiter se habere, ut eleganter dicit Celsus in l. quid aliud. 86. de V. S. ibi: *quid aliud sunt jura praediorum, quam praedia ipsa qualiter se habentia, ut bonitas, salubritas, amplitudo.* in hoc autem differt usufructus ab alijs servitutibus, non enim ita cohaeret fundo, ut eius qualitas dici possint, sed personae debetur; hanc solutionem amplectitur Castillo, lib. 1. cap. 11. n. 13.

Posset etiam hic disputari altercatio alia, scilicet; utrum sit nomen Domini usufructuario conveniat, et licet dubia quaestio videatur propter pugnantia J. C. responsa. tamen resolvendum est, usufructuarium nullo modo esse Dominum; haec assertio probatur, ex l. falsus. 43. §. fin. ff. de furtis. ibi: *quia fructuarius Dominus non est.* ulterius, quia usufructus est res incorporalis, rerum incorporalium nulla possessio, neque Dominium. l. servitutes. 14. et l. fin. ff. de servitutibus; et probatur ex definitione Dominij: *jus de re corporali.* &c. Licet haec veritas sit, tamen in multis casibus appellatione Dominij fructuarius continetur, sed hoc improprie. et ita interpretandi sunt textus in l. in venditione. 8. ff. de rebus autorit. jud. possid. l. qui usumfruct. 3. ff. si usufruct. petatur. l. si quis. 15. §. ult. 8. ff. qui, aut cui, et omnes, qui dicant usufructuarium appellatione Domini contineri. Ad hunc quoque difficultatem faciunt, quamplurima Jura, in quibus dicitur, quod legato usufructu, intelligitur legata proprietas, et licet haec quaestio latissimam materiam comprehendat, attamen breviter examinabitur; sit primus casus, in l. species. 15. ff. de auro et arg. leg. ubi Jurisconsultus Scaevola dicit, quod si uxori suae legata fuisset species auri, et argenti cum onere fideicommissi, et adiectis verbis his; *quarum vero usumfructum dum vives tibi sufficiet*: dubitatur, utrum proprietas, an usufructus legatariae debeatur, et respondit ibi illi, legatam proprietatem ~~debitam deveri~~ videri; ex quo manifeste colligitur, usufructuarium Dominum esse, cum aliter Dominium non intelligeretur, comprehensum in legato usufructus.

Sed breviter, et resolutive dicendum est, quod in hoc casu, ideo proprietas legata videtur, cui legatus est usufructus, quia is legatus est addito onere fidei commissi; quoties autem is, cui legatur usufructus post mortem, rogatur alteri rem ipsam restituere, proprietas ei legata videtur, quoniam non potest aliter rem ipsam restituere, nisi prius ea donetur, propter

usus

usus fructus morte extinguitur, in de proprietate ? as videtur legata: haec solutio magis videtur
atque deducitur ex J. C. Marciani responso. in lg. fin. ff. de usufr. ear. rer. ubi dicitur,
quod si alicui certae pecuniae erat usus relictus, ita, ut post mortem eius ad meum rediret,
proprietatem ei legatam esse, etiam usus mentione facta, addita hac ratione: quia erat restituenda
ab eo pecunia post mortem eius. quod sic similiter in nostro casu, quia species auri restituenda
erat, videtur legata proprietas; et confirmatur ex lg. filios. 39. ff. de usufr. lgto. ubi testator uxo
ri vestes, et alias res legaverat, et adiecit, proprietatem autem earum reverti volo ad filias.
ex quibus verbis intelligitur legatum fuisse proprietatis, non alia ratione, nisi quia voluit post mortem
eius eas restitui filiabus: haec doctrina amplectuntur Cujac. in lib. 73, ad lg. generali.
32. ff. de usufr. lgto, et ut veriorem D. Ioannes del castillo. lib. 1. cap. 3. n. 22. alios re
ferens. eadem ratio datur ad lg. titia. 34. §. ult. ff. de lgtis 2. 2us vero casus quo proprietas
legata censetur, etiamsi solius ususfructus mentio fiat, refertur in lg. Proculus. 19. ff. de usufr.
ubi J. C. Pomponius dicit, insulam ita posse legari, ut ei servitus imponatur ab eo, a quo
legatum eius insulae est ususfructus; ex quibus verbis ad notare solent omnes interpretes comm.,
quod si testator legat alicui usumfructum domus, adiecto honore, seu modo, ne domus altius to
llatur, proprietas intelligitur legata; his rationibus, quia servitutem altius non tollendi debere
alius, quam proprietarius non potest, lg. 2. §. [struck through] si servitus vindicetur. ususfructuarius
non potest, quia nec eam acquirere, neque deteriorem proprietarii facere conditionem. lg. sed si quid. 15. §. ??.
pen. lg. si cuius rei. 13. §. fructuarius. ff. de usufr. atque in hoc casu constitueret servitutem
ususfructuarius altius tollendi: quod proprietas ei videtur legata ne sequatur hoc inconveniens.

Ulterius et alia ratione convincitur; quia si usus fructuarius non esset
proprietarius in hoc casu, heres deberet esse, at quod possit, quia sequeretur, quod res sua here
ditaria sibi ipsi serviret, contra lg. uti frui. 5. ff. si ususfructus pet. lg. in iure communi ff. de
servitutibus urb. praed. quod proprietas videtur legata usufructuario. his igitur rationibus
Cujac. ad lg. generali. 32. ff. de usufr. lgto. tenet in hoc casu, quod usufructu lgto
legata videtur proprietas ex tacita voluntate defuncti, quod colligitur ex eo, quod prohibuit lega
tarius altius tollere, et aedificare quod omnis servitutis impositio non convenit usufructuario, ideo
ne verba remeant sine effectu, et suo fine, erit ita reendum. et haec sufficiant pro ex
plicatione illorum verborum definitionis, alienis rebus. nunc tranceamus ad illud verbum utendi.
[struck through] in quo licet aliquantulum possem immorari, tamen brevitati dicendum est, nihil aliud significare
quam usufructuarium tractare debere rem ad usum, ad quam a natura parata est res, et ad
quam consuetudo eius, qui usumfructum dedit, quam doctrinam ex visceribus multorum iuris
eruditissime deduxit Conanus, citatus a Castillo. lib. 1. cap. 22. n. 4. inter alia
expendit textum in lg. itm. 9. §. fin. ff. de usufr. ibi: unde in fundum, cuius ususfructus
legatus est, solebat paterfam. vel palo uti, vel salice, vel arundine, puto fructu
arium hactenus uti posse. ex his verbis, et superiori doctrina deducitur, quod usufructuarius qui in
rebus fructuariis se habuerit eo modo, quo dominus se habebat, videtur uti arbitrio boni viri, nec
res deteriora esse, textus optimus in lg. sempronio. 33. §. codicillis. ff. de usufructu lgto. ibi:
respondit verbis, quibus proponerentur, id petitum, ut ad eum modum paterentur heredes eos, esse, ad quem
vivus ipsa patiebatur. lg. agnas esto. 15. §. 1. ff. de usufr. lgto, ibi: haec fructuaria in agris servetur,
quae vivo testatore obtinuerit. ex his etiam inferendum est, usumfructuarium incidentem arbo
res fructiferas amittere ius ususfructus, quia tunc abutitur, cum ei non sit hoc permissum. lg. lg.
simus. 13. §. fructuarius. ff. de usufr. limitatur, nisi ususfructus silvae caeduae legatus sit, quia
silva caedua in fructu est. poterit quod usufructuarius caedere silvam, etiamsi in eum pertinuerit,
non solum ad suum usum, sed etiam ut possit vendere, et cum eius agere pro suo libito. lg. si absentes.
48. §. 1. ff. de usufr. sed huic videtur obstare textus, in lg. ex sylva. 10. ff. de usufr. ubi solum
permittitur usufructuario ex sylva caedua ramos, et pro edamenta sumere, quod non
permittitur ei ad libitum. et idem videtur dicere. lg. diuus. 25. ff. de usu et habit. sed his verbis
recte constituendo discrimen, an ususfructus silvae caeduae principaliter legetur, quo
casu procedit textus in lg. 48. §. 1. et ut possit fructuarius totam silvam caedere,
aut vendere; an vero principaliter fundus, et accessorie sylva; tunc enim confugien
dum ad morem, et consuetudinem testatoris, ut textus cum arborum incisio fieri debeat
quod si de ea, non appareat, poterit ramos caedere, et pedamenta, et ita est accipiendus

qx.

tex. in l. ex sylua. 10. q. text. debet iungi, cum §. fin. l. antiq. ubi disquit I. C. legatum sylue, alegato fundi, cui sylua accedit, eodemque modo intelligendus est tex. in l. dig. 23. ff. de usu, et hab. teneat hic solutio D. Joan. del Castillo. cap. 25. in trac. de usufr.

Dicitur etiam in definitione fruendi. quae verba denotant differentiam inter usuarium, et fructuarium, ille solum utitur fructibus ad usum cotidianum, fructuarius ad libitum, quia enim usum habet, non habet fructum. quia usui fructus deest. qui autem usumfructum habent, et usum habent, quia fructui et usus inest. Denique si usufructus sit legatus, deducto usu, legatus inutilem, l. proprietas. 14. §. 1. ff. de usu, et hab. Ad in contrarium fortiter urget tex. in §. dicti fructus. eiusdem legis. quod contrarium fortiter urget, tex. in d. §. si fruct. expresse dicit, ex quo duo deducuntur. Primum quod si legatus est usufructus, et postea usus adimitur, valet ademptio, quod repugnat versic. denique. 2. in quo dicit, quod potest esse fructus sine usu quod confirmatur ex §. poterit. unde usumfructum non his utendi et fruendi, contra ea, quae superius dicta sunt. in quo tamen difficultate, licet multi expresse antinomiam, et repugnantiam dicant ea iura continere. sed nos nequaquam contradicere, cum contrarium in nostro iure haud inveniri posset, teste Justiniano, in l. 2. C. de veteri iure enucl. §. 16. itaque hae conciliari possunt, animadvertendum est, usum dupliciter sumi posse, ut animadvertit Castillo. cap. 28. n. 9. aliquando sumitur pro servitute usus, ut in tit. ff. de usu, et habit. aliquando vero sumitur pro commoditate et facultate utendi, ut observant dei interpretes. in l. usus, 20. ff. de usufr. quo reposito, intelligendus est ulp. in d. §. 1. ubi dicit, usumfructum sine usu esse non posse, loquitur de usu, quatenus commoditas est et emolumentum; cum enim is, qui usumfructum habet ius utendi habeat, possibile est, quod habeat usumfructum sine usu, quia frui non potest, quod refutatur, quod vero dicit in d. §. si fructus, usumfructum posse esse sine usu intelligendus est, loquitur de usu, quatenus est servitus, tunc enim cum sint servitutes distinctae usufructus et usus, usufructus erit sine usu, quia eo modo nunquam usus potest esse cum usufr. nam si inesset, careret servitus servituti, quod non potest admitti. ex l. 1. ff. de usu fr. legato. hunc intellectum legitur Ant. Gomez. tom. 2. var. cap. 10. n. 10. Castillo. cap. 28. n. 1.

Aliter etiam explicari poterit quomodo intelligendus est d. l. proprietas. 14. in versic. denique. cui repugnare videtur lex. huic stipulationi. 5. §. 1. ff. de usufr. quo loco supponere videtur I. C. legatum usumfructum, adempto usu, validum, et utile esse. ibi quia etsi proprietas sine usu obligaverit stipulatio locum habebit. et tamen contrarius dicit expresse in d. versic. denique. inutile namque esse legatum usufructus, deducto usu, legatumque, et dicendum est, legatum fructus deducto usu, id est, commoditate et facultate utendi, inutile esse, ut in d. versic. denique. decidit. et vero verbis ulp. in d. l. huic stipulationi servitute usus accipiendum est, potest enim fructus sine servitute usus consistere et sic nil mirum, quod auctio de usufructu detur in de usu. et sic solvitur difficultas a D. Joan. del Castillo. de loco supra citato. Vemet ipse firmum usumfructuarium habere ius utendi, est, et quod legatus fructuum alicuius rei est legatus usufructus, quia et in fructu usus inest. d. l. proprietas. 14. §. 1. ff. de usu, et hab. itaque dicendum est, qui legant fructum fundi annuum, vel ad usum. l. si quis ita. 20. ff. de usu fr. leg. si ita. 41. ff. de usu, et hab. fr. legato. aliud dicendum esset, si legatus fuisset alterius rei in singulos annos, quia licet simile videatur legato usufructui, tamen non esset usufructus. l. in annos. 8. ff. de annuis legatis. ut adverterunt Cujac. ad d. l. et Castillo. cap. 99. n. 9.

Nec supradictis obstant tex. in l. patrimonii. 22. l. fundi 38. ff. de usu, et usufr. legato. ubi reditus fundi legati non inducunt legatum usufructus, sed legatum annui, quia respondendum est, differentiam inter sit parum, an fructus annui reditus, vel usufructus legentur, in tantum multum tamen, quae verba relinquatur, directis, an precariis; nam si verba directa sunt, legatum erit usufructus, si vero precaria erit legatum annuum; et ita intelligendi sunt tex. in d. l. patrimonii. 22. et fundi. 38. ff. de usufr. legato. Nec etiam videtur obstare tex. in l. defuncta. 58. §. communis. ff. de usufr. ubi ex reditu fructuum olearum, et porcina legato, non inducitur legatum usufructus, sed annui vel potius. vera enim huius tex. ratio, ea est, quod in casu proposito distribui debuit usufructus, cum natura ut omnes fructus faciat suos usufructuarius, non certam speciem oleum et porcinam. l. et ideo. 9. l. usufructu. 7. ff. de usufr. sicut in hoc casu testator voluit, ut tenet Castillo. d. cap. 99. n. 25. quo constituto, ne utique ferendae eorum sententiae, qui dicunt, ideo non hic esse legatum usufructus, quia in proprietate non consistit, quod est falsum, quia licet usui proprietas non possit [illegible], quod recte. l. usufructuar. ff. de usu, et hab. Ex quo venit declaranda illa celebris contentio. usufructus ad aliis doctoribus, nam si dividuus est, aliae servitutes individuae; quod ut intelligatur, sciendum est, quod dicitur et individuum sit, dividuum dicebat propter divisionem, id est, quod natura sua propriis partibus recipit

ubque iter, fundusque individuus denotat praedictos potentiae divisionis, id est, quod nam realis partium praestationem non recipit, sed in totum, et simul praestari fieri debet, ut via, iter, aquaeductus, homo, ut patet ex lege 2. §. Ceterarum. leg. stipulationes non dividuntur. 72. ff. de V. O. hoc supposito dicendum est, diversa ratione esse, quam tradit I. C. in leg. usus. 17. ff. de servit. dum dicit ibi: quod usus fructus [illegible] in dividuus, servitutes, cum sint incorporales consideratur cum utilitas et commoditas quas praestant; commoditas autem, et utilitas in usu tantum consistit; ideo cum usus servitutis individuus sit, ut dicit I. C. in dicta leg. usus. 17. erunt individuae; et certum est, neque enim servitus viae, vel itineris, non potest actus ita separare, ut partim ire, et partim stare videatur, quando uti potest non possumus. leg. usus pars. 19. ff. de usu, et habit. quod autem ita non procedunt in usufructu, neque is dividi potest. de leg. usus pars. et leg. 1. §. si usus fructus. ff. ad leg. Falcid. leg. 5. ff. de usufr. ratio autem diversitatis est, quia cum ceterarum servitutum utilitas in solo usu est, usus fructus non terminatur solo usu fructuario; quia cum ceterarum servitutum utilitas in solo usu est, usus fructus non terminatur in usu tantum, sed in fructibus etiam, et corporibus positum consistit; unde sive utilitas ejus non terminatur in usu tantum, sed in fructibus etiam, et corporibus positum consistit; unde cum fructus dividui sint, et partes recipiant, usus fructus iudicatur dividuus, et hoc sequuntur Lucas [illegible] Castillo. cap. 31.

Alud videntur obstare: 1.º usus itineris in usufructu, ab quo usus est individuus: quod est usus fructus per ea, quae ei adjungitur usus: sed dicendum, quod dictum est, facilius usus est individuus: quod est usus fructus per ea, quae cui adjungitur usus: sed dicendum, quod dictum est, facilius recte dicendo, usus itineris in usufructu non ut usus est servitus, sed commoditas, quo attento, usus est dividuus, ut tenet Ant. Gomez. tom. 2. cap. 10. n. 18. et alii. 2.º urgetur: quia operis servi legatis, legatur usus fructus, quia fructus hominis in operis consistit, et retro in fructu hominis operae sunt. leg. 4. ff. de oper. serv. sed operae sunt individuae, ut constat ex leg. stipulationes. 72. ff. de V. O. ergo et usus fructus. Ad huius difficultatis rationem est, diversum esse legatum operarum a legato usus fructus, licet in multis similes sint. 1.º differunt, quia usus fructus est servitus personalis, operae neutiquam. leg. Caius. ff. de annuis legatis; ideo dicitur, legatarius operarum fructuarius non est. leg. 2. ff. de usufr. leg. deinde, quia in legato operarum solum continentur operae servi; in usufructu operae, et aliquid amplius, ut insinuat I. C. in leg. 3. ff. de oper. serv. ibi: in hominis usufructu operae sunt, et ob operas mercedes. sicut denique usufructuario acquirere servus quod ex re sua ultra operas acquirit: leg. pen. ff. de stipul. serv. et si heres institutus sit servus contemplatione fructuarii, vel acquirere hereditatem. leg. si servus. 25. cum leg. sequentibus. ff. de usufructu. non enim obstat, addicit illa lex 4. quod in fructu hominis operae sunt, nec enim inde operas esse usus fructus, sed [illegible], quod operae sunt fructus hominis, ut observavit Castillo. cap. 50. n. 5.

Restant explicanda verba illa, salva rerum substantia. quae duo denotant, usufructuarium scilicet ita uti, et frui debere, ut neque consumat rem, neque mutet in aliam formam; nam qui usum fructum habet, sic regere debet, ut ne consumat, ut puta ovium usus fructus qui habet non occidet, ut carne vescatur; repugnat enim naturae usus fructus rem consumi; haec ratione removentur ab usufructu res, quae usu consumuntur; nam hic nec civili, nec naturali ratione in usufructu dari potest. sed nec fructuarius rem transformabit, sed salvam, vel cultam, et illaesam conservabit. ut aedium usufructu legato, non aedificabit de novo, non diruet. quia neque ampliare, neque in usu detrahere potest, quamvis melior conditio sit. leg. haeres. 7. in fin. cum leg. sequenti. ff. de usufr. et idem [illegible] in leg. usufructuarius. 44. cap. 61. ff. de usufr. ibi: usufructuarius novum tectorium parietibus, quae rudes fuissent, imponere non potest, quia tametsi meliorem excolendo fecit, domini causa facturus esset, non tamen iure suo facere potest. ita etiam ex leg. Egregium. 13. cum §§. sequentibus. et leg. sequenti. ipsa ratio, illo denegante fructuario, quia si faceret, et innovaret [illegible] usus fructus, mutata forma rei. leg. repeti. §. rei mutatione. ff. quibus modis usus fructus amittitur. [illegible] interpretationem [illegible] in leg. usufructuarius. 61. ff. de usufr. ibi: [illegible] incohatum fructuarium consummare non posse placet. [illegible] Castillo. cap. 33. n. 19. dicens [illegible] [illegible] diversitatem, quod usus fructus aedificii [illegible] [illegible] fuerit hoc, ut a consummatione aedificii usus fructus incipiat, etiam [illegible] in favorem heredis [illegible]. leg. [illegible] 17. ff. de rep. iur. [illegible] illum abbreviare legatarius.

Ergo omnino [illegible] usufructuarius formam mutare [illegible] rei, est in melius ex dictis iuribus [illegible] leg. Egregium. 13. §. inde. 3. ff. de usufr. ubi usufructuario permittit lapidicinas [illegible]

et oliveta, et vites excidere, si plus reditus sit in uno, quam in altero, et contra mutare fructuarius; in illis verbis: *etsi forte in hoc, quod instituit plus reditus sit quam in vineis, vel arbustis, vel olivetis, quae fuerunt forsitan, etiam haec deiicere poterit*; siquidem ei permittitur meliorare proprietatem quibus verbis reliqua iura destruere videtur J.C. quare, vel veri, potest cum Acursio, dicendo, posse fructuarius in ea specie mutare formam praedii, et lapidicinas instituere ex voluntate domini, quod ipse dominus lapidicinas instituerat, quae post mortem fuerunt perfectae; quae interpretatio suadetur ex illis verbis, *vel quas dominus [illegible] instituit, exercere poterit*. vel dici potest cum Castillo de cap. 33. n. 26. usufructuarius meliorem conditionem facere posse proprietatis, deteriorem non posse. de lege [illegible] numero 13. §. fructuarius. ff. de usufr. etiam mutata forma, dummodo non substantiali; neque obstat §. etsi forte, ubi non potest fructuarius praedium voluptarium in meliorem statum transformare, tandem neque excidere arbores infructiferas, vel deambulationes amenas, quia recte, ibi non erit meliorem conditionem proprietatis, propterea quod praedium illud non ad utilitatem, sive ad redditus, sed ad delectationem, et amenitatem fuerit destinatum, et haec sufficiant pro explicatione definitionis, sed quia vitiosa reddi videtur duabus considerationibus, breviter eas diluamus; omnis vitiosa est definitio, quae aut non continet omnia, quae sunt definiti, aut continet plura, quam definitum; illic angustior definitio, hic latior et utrumque vitium inest in hac definitione, ut multa probare videntur. 1°, non omnis usus fructus continetur in definitione; nam usus fructus causalis non est ius utendi alienis rebus, etc. directe, quibus definitur usus fructus formalis, ut servitus est, in alienis rebus consistens, nec ideo excluditur causalis, qui cum proprietate coniungitur, nec speciali, aut particulari, definitione demonstrari debuit, cum non sit res a proprietate separata, et ita tenet Castillo. cap. 1. n. 35. 2°. urget, quod haec definitio convenit alii a definito, emphyteuta scilicet. superficiario, et conductori nam hi omnes habent ius utendi, et fruendi; sed recte definitioni superiori usus fructus, hae personae non comprehendi, neque alius propter usufructuarium: emphyteuta enim non habet ius in aliena re, sed in propria, nam is dominium utile videtur habere; ulterius potest res in emphyteusim datas alienare, et transformare tot. tit. C. de iure emphyteutico. et idem procedit in superficiario; colonus etiam non comprehenditur in definitione. quia nullum habet ius, ut eleganter observavit Donellus lib. 10 com. cap. 2. et probatur evidenti ratione; si enim ius haberet, eo invito non auferretur. lege [illegible] [illegible] 7. ff. de reg. iur. at quia dominus potest eum expellere, vendito fundo, vel [illegible] lege emptorem. C. de locato et conducto. quia nullum habet ius.

Caput. 2.

De divisione usus fructus.

An detur usus usus fructus, an duplex, causalis et formalis dubitatur, in praesenti capite. sed breviter, et resolutive est dicendum; J.C. facilioris doctrinae et [illegible] [illegible] gratia, duplicem usum fructum constituere. causalis dicitur is, quem quilibet dominus habet in re propria, et sic qui coniunctus est cum proprietate; definitur a Castillo. cap. 1. n. 35. in fin. *ius utendi, et fruendi ad libitum disponendi*. formalis usus fructus dicitur, qui separatus est a proprietate, nec potest ipsa, et definitur; ius alienis rebus utendi etc. usus fructus autem utriusque causalis, et formalis, [illegible] reperiuntur apud J.C. signa et testimonia, quae nostra clarior, et verior doctrina [illegible]: inter alia tria 1°. probatur ex textu in lege si stipulatus. 126. §. 1. ff. de V.O. quae usus fructus ad hominem dicitur esse meliori iure. Marianus Socinus, citatus a Castillo. de cap. 1. n. 8. nam illis verbis: *et minime in eo usufructu quem ipse quis promisit*. de usufructu formali agitur. et de causali, in illis verbis: *quem in eo proprietatis comitatur*. 2°. probatur, ex textu in lege Sempronius. Attalus. 26. §. *sed his casibus*. ff. de usu [illegible]. ibi: *sed his casibus dicta testatoris quae rena [illegible]; quod utique de eo usufructu detrahendo [illegible] qui coniunctus esset [illegible] personis*. 3°. est textus expresse. ex lege fundi. 4. ff. si usus fructus petatur. *dixi*. inter eius cum proprietate usus fructus esse: possem etiam plura iura adducere. sed sufficiant [illegible] pro corroboratione nostra [illegible], quam amplectuntur Donellus lib. 10. com. cap. 2. Ant. Gomez tom. Var. cap. 15. n. 2. et D. Joannes de Castillo, plures referens. de cap. 1. n. 16.

Neque obstant argumenta, quae pro alia parte fortiter adducuntur. nam [illegible]

ex l. uti frui. 5. ff. si vsus fr. petatr. qd Dnus proprietatis nullus vsus het. nec here pt in re ipso; q. dnus het proprietatis vtendi, et fruendi, sus separatus n het. et ad hoc reducuntur alia nempe vsusfructus ee servitus personalis, et sus alienis rebus &c. et cum nihil horum reus, quae deest vsusfructui Causali, n debet admitti talis distinctio, quare recondus e, etsi hinc Dominus alicuius rei here supremus sus, sive potests; n in ideo dnus desinit here vsusfructus Causalis, q e extra dnius, sed potius pars dnii; et illius occasione Causatus; nec implicat dictio, qd q sit dnus eius rei, et in ead plene et integre vsusfructus recognatur; cum in rerum ordine ex eo, qd sit dnus, vsusfructus causetr. et in d. l. uti frui. 5. debet intelligi de vsufructu formali separato a propriet. ut suadent vba illa; l. C. ibi: q. dnus het proprietatis vtendi fruendi sus separatus n het. nec obstat, qd vsusfructus definiatr, sus alienis rebus &c. qd vsusfructus causalis e in re propria; nam ibi solus definitur vsusfructus formalis, ut servitus personalis e, et debet verificari in aliena re, ex natura eius servitutis, et ipsa defio n excluditr vsusfructus Causalis.

Non obstat dy. ex l. q. n. 63. ff. de vsufr. quatenus dicit, qd qui dnium het, idem, fundi, n het vsusfructus; nam etiam debet intelligi de vsufructu formali. n obstat dy. ex tx. in l. cum in fundo. 78. ff. de iure dotium ibi: maritus n vsusfructum n het, sed suo fundo quasi dnus vtitr. ad quam l. nullus interpretatis satisfacit, ut docet Castillo. de cap. 1. de q vera eius interpretaoe annotandum e. l. C. ibi nihil dicere Dnos, nam alia fuit mens tryphonii: dicit enim, qd si mulier dederit marito in dote vsusfructus quem in fundo mariti hebat, licet mulier amittat vsusfructus cedendo proprietario, maritus tn vsusfructus n het, sed suo fundo, quasi dnus vtitr. hoc e, n het vsusfructus formalem; Causalem vero hebet, utpote Dnius cum proprietate, et ita tenet gloa: et revera Adnot. n d. Bartolo Francisci Conanidi ibi desiderat in huc mii; nam si ea commoditas, quam dnus in fruenda re sua het, Causalis vsusfructus dicitr, q. ea accomodicat. quomo appellabimus vsusfructus, quem hent possessores bonae, et malae fidei; aut commodatarii, Coloni et alii similes: Licet nullus huius responsum praesuerit huic argumentao, n erit difficile respondere; nam in primis malae fidei possessor nullum vsusfructus het, q. omnes fructus tenetr restituere, et nullos facit suos. § si quis autem an Dno. inst. de rer. div. in possessore bonae fidei vsusfructus Causalis reperitr, q. is, quo ad percipiendos fructus loco Dnii e. l. bonae fidei. 48. ff. de acq. rer. dom. l. qui sit. 25. § bonae fidei. ff. de vsuris. in commodatariis, coloniis, et similibus idem similiter, q. hi fructus quos percipiunt volunte Dnii acquirunt, qd idem e, ac si Dni eent, et ita tenet Castillo, de cap. 1. n. 39.

Caput. 3.

De Amissione vsusfructus per mortem vsufructuarii.

Vsusfructus variis modis amittitr, constat, inter eos praecipuus obtinet locus mors vsufructuarii. quare de eius amissione dicendum e in hoc cap. et absque explicaoe sciendum e, vsusfructus morte fructuarii, ut patet ex §. finitr. inst. de vsufr. l. 3. §. fin. ff. quibus modis vsusfr. amit. ratio autem, quare vsusfructuarii morte extinguatr, duplex e potest. 1a q. cum vsusfructus sit sus personale. l. 1. ff. de servit. cum persona ipsa extingui debet, nec in heredem transire potest. l. n solum. 3. §. tale. ff. de lib. lega. l. mortuo. 68. ff. de reg. iur. 2a qe ex verbis Justiniani colligitr in §. finitr, ne inutiles eent proprietates semper abscendente vsufr. l. 3. versic. ne tn. ff. de vsufructu.

Sed 1o. obstat tx. in l. 4. ff. de novation. ubi dicitr, qd si qs creditori suo delegaverit vsusfructus sibi debitum, n finitr morte delegatoris vsufructuarii, sed delegatarii, cui delegatus fuit vsusfructus: ergo n finitr morte vsufructuarii. Ad dicendum e, qd in eo tx n loquitr. l. C. de vsufructuario eo constituto ab legante vsusfructus, sed de eo, cui debetr vsusfructus ut recte ibi percipiunt Cujac. et Castillo. cap. 62. n. 4. quam ptis nihil mirum, qd n extinguatr vsusfructus nisi morte Creditoris, cui delegatus e, q. alter nunquam fuit vsufructuarius, sed solus nam... vsusfructus. Aliud tn sit similiter vsufructui, ad hoc ut n posset... testamento,

ut colligunt oes. ex txu in lg. corruptioq. Cº de usufr. tūqª certa fuit ex dcenfu … tarij valet, qd intelligitr, ipsu cstituere usū fructū; qd ibi adfuit cceutio … pet ex naa delegaois, qq debet fieri aq cgeu debitoris. ex lg. 1. Cº de novation. … J.C. loquatr de usu fructu, n aq cstituto, sd debito. pet etq, qª delegatq fuit … n é debitq, n é delegatio; qª delegare é vice sua aliq req creditori dare. lg. de … gare. 11. ff. de novation. et expresiq cfratr ex vbq illq: si usq fructq debitorq delegavero … &cª.

Obstat 2º dificultq tx in lg. fin. Cº de usufr.: ubi dic… qd usq fructq relictq filio fam. acqritr patri, et qd mortuo patre n extinguitr, sd intac… mēt apud filiq; neqq filio defuncto extinguitr, sd re mēt apud patrq: ex quo txu sic … sumitr. aut usq fructq relictq filio transit in patrq, aut remet penes filiq, si quaeri… patri, n extinguitr morte patriq; si quq vitr filio, n extinguitr morte filij: qd mortuo usu… fructuario, n extinguitr usq fructq. huiq tx tanta é difficultas, (ut colligere licebit ex hiq, q… erudite cgerit Castillo. cap. 69) ut insuperabilq, et indisolubilq videatr. Sd nos, rei… aliq opinionibq, sic posse dirui defendemq, si advertamq, usq fructq aliq é cventiona… aliq legalq, ut erudite observarunt Castillo. Ant. Gomez et alij abeo relati. lib. 1. c… 2. usq fructq cventionalis é, aut causalq, aut formalq, ut sup docuimq. usq fructq vº le… lq dicitr is, q ex legis dispositne inducitr, qualq é usq fructq cpetens mulieri in bonq ma… qd transit ad 2as nuptias, ut cstat ex lg. feminq. Cº de secund. nupti. etq usq fructq cpetens patri in bonis filij adventitijs. ex dispositne legis, lg oportet. Cº de bon. qq liber… dicitr legalq, ut adnotarunt Baldq. Ant. Gom. Castillo. cap. 2. n. 24. plures alios … ferens: hoc suppº dicendq é, usq fructq relictq filio fam. apud filiq remere, quoad for… apud patrq vº eé, tanquq legalq; ido qd mortuo filio, extinguitr usq fructq formalq, sd … pud patrq remet usq fructq legalis intactq; cuiq naa é, ut semel acqsitq n finiatr, etq m… tuo filio. lg. fin. Cº ad Tertullianq. mortuo vº patre e cª extinguitr usq fructq legalq. … remet apud filiq usq fructq formalq, cuiq naa etq é, ut n finiatr, nisi morte usufructuarij.

(Neqq adversatr huic solutioi elegans cviderao; n pest dari fructq usq fructq, sicut nec servitq servitutq; sd in hoc casu daretr usq fructq usqfructq: qd é admitenda predicta distio, sd huic solutioi facilimo negotio pot veri, dicendo, qd usq f… legalq n é servitq, sd bervq afroali. qd ptr. ex eo, qd pater n tenetr de cautioq, ut in … lg oportet, dicitr. qd cª é in usufructuario formali, nq is tenetr. n obstat tx in lg. … tigtas. 14. Cº de usufr. ubi cstituit Impr. usq fructq transire in hpredq, si relictq f… sit alicui ex hpredibq: qd morte usufructuarij n finitr. sd ibi vcendq é, dicendo, ex voluntº testatoris pest alterari naa usq fructq: cq fuisset sua voluntas, ut tra… ferti in hpredq; ido ad hq etiq p tinet, sdq hoc tperamto, ut n idq usq fructq, sd aliq nov… in psona hpredis cstituatr. ex quo n obstat predictq argutq; nq potiq cfrat, morte usu… fructuarij extingui usq fructq.

Caput. 4q.

An equaliter usq fructq amittatr capitis diminutionibq.

Olim oibq diminutioibq extinguebatr usqfructq: hodie ex … stitutioe Impris Justinº. duabq tm maxima sc, et media. lg. Corruptioq. 16. §. sed nos. … Cº de usufr. §. finitr. inst. de usufr. sd hqc ita intelligenda st, si usq fructq iq sit cstitutq, vel debeatr; si autq qs capite minuatr ante aditq hpreditq (quo tpore diesq legati usq… fructq cedit, ut cstat ex lg. unica. §. diq. 2. ff. qdo dies legati ususfr. ced.) tunc n amittitr us… fructq. lg. 1. §. 1. ff. qqq mis usq fructq amittr. et si in singulos annos usq fructq legatq sit, … demq amittitr usq fructq, q iq pcessit, aliq n amittitr. de lg. 1. §. ult. ff. qqq mis ususfr. amitt.

Obiicitr obstare tx in lg. 1. in finalibq verq. ff. de usufr. legat. ibi: vel capite minutq fuerit ex magna causa. qqvbª renotare videntr etiam ante … ra Justiniani minima capitq diminutione usq fructq n amitti; qª vetr, qd subillq v… ex magna causa. etq ctinetr minima capitq diminutio, ex sta qte. qd dicitr etiq capit… diminutio ex magna causa; qª p eq mutabatr familia, et statq, ut in §. minima, et … sentit Castillo. cap. 67. n. 15. sd ni fallor, vergsensq illiq tx é; ibi posse dici, usq fructq n interire, nisi ex magna causa, qª sub illa dictne fuit cstitutq; ut adnotant vbª illa…

Dec…

Constituatur sub hac cautione, ut si decesserit legatarius vel capite diminutus fuerit ex magna causa restituatur. quod dictio potest apponi, sicut potest ususfructus capitis diminutione amissus legari, et repetti. lg. sicut. 3. cum §§. seqq. ff. quibus modis usufr. amitt.

Haec omnia videntur hodie supervacua ex decisione text. in autentica. sed hodie. C. de donation. inter vir. et uxor. ubi dispositum est, nullum ingenuum ex ista servum fieri: quod non potest dari casus, quo quis amittat ususfructus duabus capitis diminutionibus. quare omissis quorundam interpretum opinionibus, dicendum est non cessare dispositiones textuum propter d. autenticam. si advertamus, quod ratio, ob quam ususfructus capitis diminutione perit, principaliter in bonorum amissione fundatur, non in amissione d. autenticae, sed hodie. sed advertendum est, quod quoties bona alicuius publicantur per fiscum, ususfructus non extinguitur (nisi aliqua capitis diminutio interveniat ex superioribus) sed commoditas ad fiscum pertinebit, et ita intelliges, text. in lg. si postulaverit. 27. §. iubet. ff. ad lg. Iul. de adulter. quod tamen limitatur in patre, nam confiscatis bonis patris, ususfructus ei acquisitus ad fiscum non pertinet, neque commoditas eius; sed ad filium, ex decis. text. in lg. cum. ff. ad lg. Iul. maiest. et lg. 7. ff. de bonis damnatorum.

Caput. 5.

Qualiter ususfructus non utendo amittatur.

Ususfructus dupliciter non utendo amittitur; aut non utendo per tempus; aut per modum, ut dispositum est, in lg. corruptionem. C. de usufr. hinc amittitur tempore quoties decennium, inter praesentes, vigintiquinque inter absentes transactum est, ex lg. ult. C. de praescrip. longi temporis. Haec ita intelligenda sunt, si adsit bona fides, et iustus titulus. ut constat ex d. lg. ult. aliter 30. annorum praescriptio requiritur, talis enim exceptio debet opponi fructuario, quae excluderet proprietarium. d. lg. corruptionem. C. de usufr. ubi dicendum est hodie in actione ususfructus statuit, licet olim aliud observaretur, ut observare liquet in lg. si quis. 12. ff. quemadmodum servitutes amittuntur. neque obstat text. in lg. sicut. C. de praescript. 30. vel 40. annorum. ubi dicitur actiones minori tempore quam 30. annorum spatio non praescribi, quia requiritur; illum textum procedere debere in praescriptione actionum cum mala fide; text. vero noster cum bona et cum; ita non solum actio ad ususfructum, sed etiam omnes servitutes longo tempore capiuntur. d. lg. fin. §. fin. C. de praescript. longi temporis.

Atque omnibus sequentia fortiter advertantur. ususfructus est res incorporalis: rerum incorporalium nulla est usucapio, neque traditio, neque possessio, ex lg. servitutes. 14. ff. de servitutibus. lg. servus. 43. §. incorporales. ff. de acq. rer. dom. quomodo ususfructus non utendo, non potest amitti: sed dicendum lg. Scribonia prohibitum fuisse, usucapiones rerum incorporalium, ut dicit text. in lg. 4. §. ult. ff. de usucapionibus. sed tamen placebat, longo usu posse acquiri, idem, praescribi; lg. si quis diuturno ff. si serv. vind. et aequius constitutum est a Iustinian. in d. lg. fin. C. de praescript. long. temp. neque haec pugnant inter se; nam usucapio prohibita ab illis legibus intelligitur de acquisitione per annium; praescriptio autem per longum tempus; sed quomodo praescribi potest servitus, quis longo tempore quasi fatemur possideri non posse: cum certum sit non magis sine possessione vincere posse praescriptionem quam usucapionem. lg. 2. C. de praescript. long. temp. nam recendum est, cum Donello lib. 5. com. cap. 22. nullum patientiam servitutis esse posse, verum quandoque quasi possidere posse. text. in lg. quoties. ff. de servit. quae tamen omnes verum possessionem tribuit.

Non utendo per modum ususfructus amittitur, ut omnis servitus aquaeductus, quando cedatur, ut nocte conveniatur, et hodie faciat. lg. 2. ff. de aqu. cotid. et aestiv. vel si aedium ususfructus legatus sit, ut in hieme eas habitaret, et aestate habitet. lg. si sic. 7. ff. quemadmodum serv. amittuntur. non utitur, quae per se, neque per alios utitur. lg. non utitur. 38. ff. de usufr. quod vero si neque alter utatur, et in hoc nullus interest, an emptor ususfructus sit, vel donatarius, nam casu, quo emptor non utatur, ususfructus retinet, quia ususfructuarius mercede utitur. d. lg. non utitur. §. 1. si vero donatarius non utatur, amittitur ususfructus. lg. quod si. 40. ff. de usufr. sed videtur

Obviaretur obstare text. in lg. Pomponius. 26. ff. quibus modis usufr. amit. ubi dicitur, quod si domino proprietatis ususfructus vendatur, et proprietarius deinde extraneo vendat, et extraneus non utatur, amittitur ususfructus: quod etiam si venditus sit ususfructus, amittitur ususfructus, si alter non utatur. sed huic difficultati respondet Donel. d. loco supra citato. di

cendo, multis intrec, an usus fructus vendatur extraneo, an dño proprietatis. si dño proprietatis vendi[tur] [ve]l alteri, eius vendat, amittitur usus fructus non utendo, quia emptor nec proprietarius, nec usufructuarius [no]mine utitur, sed suo; quod non accidit in usufructu vendito extraneo; nam si extraneus non utatur, non amit[titur] quia qui usus fructus emit, aut conducit, non possidet, nec tenet ab initio, nisi fructuarii nomine a quo accipi[t] ... licet res alteri vendat suo nomine, non tamen efficiet ut videatur suo nomine possidere, quod primus non possi[de]bat, et ita intelligit Donell. hic tex. quod diximus de amissione usus fructus, quae contingit non uten[do] per totum, idem placet in prae[cedenti] leg. placet. ff. quibus modis ususfr. amit. cui potest adiungi tex. in lege. is qui usus[fructus] 20. ff. eodem. limitatur in usufructu alternis annis relicto, quo casu non amittitur non utendo. d. leg. [usus]fructus. 28. ff. quibus modis ususfr. amit. et assignat rationem quia plura sint legata.

Caput. 6um.

Qualiter usus fructus amittatur per Cessionem.

Post absolutam huius capitis explicationem, distinguendum est in pri[mis] [qu]od usus fructus finitur etiam cessione in iure. Cessio autem in iure vetus et proprium genus erat alienandi, quod fiebat [a]pud Praetorem, qua per id agebatur, ut a cedente omne ius, quod habebat, penitus abiret et transferretur i[n] eum, cui cedebatur, ut meminit Cicero. in topicis. Ulpian. in frag. tit. 11. et 19. haec cessio dupliciter [ope]rat fieri, aut enim dño proprietatis, aut extraneo; si dño proprietatis cedat usus fructuarius, indu[]bitati iuris est, finiri usus fructum per tex. in §. finitur. inst. de usufr. leg. si usus fructus. 66. ff. de iure do[t.] ibi: <u>quoniam diximus usus fructum a fructuario cedi non posse nisi dño proprietatis.</u> leg. unica. §. si autem. C. [com]munia. de manumiss. ibi: <u>sin autem hoc modo; et usus fructus cedat proprietario:</u> et in hoc conveniunt omnes [inter]pretes; ut videri poterint citati a Castillo. cap. 69. n. 1. et 2. sed si extraneo usus fructus cedatur, dubium [est] non leve, an amittatur usus fructus, an consolidetur cum proprietate, an vero remaneat penes cedentem; et utraque [pars] gravissima extent iuris fundamenta, et doctores, sed tamen mihi semper verior apparuit opinio eorum dicen[tium] quod usus fructuarius cedens extraneo amittat usum fructum, per tex. expressum in leg. si usus fr. 66. ff. de iure [dot.] ubi dicit in hunc modum: <u>et si extraneo cedat. idem est, quia proprietarius non habeat, nihil ad eum transire, sed ad [dñum]</u> <u>proprietatis reversurum usum fructum.</u> et ita tenent Donell. lib. 10. com. cap. 19. Covarr. lib. 1. var. cap. 8. n. 7. ... [Mo]lorzano, de iure in d. tom. 2. cap. 14. a n. 32. Ant. Fom. tom. 2. var. cap. 15. n. 15. Cujac. Greg. Lop[ez] et alii citati a D. D. Alfonso de Olea. in suo doctissimo tract. de cess. iurium et actionum. tit. 2. q. 5. qu[ae] hodie de iure est indubitabilis ex tex. in leg. 24. tit. 31. par. 3. ut refert P. Sanchez de statu rel[ig.] lib. 7. cap. 13. a n. 20. potest ad hoc expendi tex. optimus et singularis a paucis relatus in cap. [imperialem] calidus. de prohib. feud. alien. per Friden. ibi: <u>ut venditor, et emptor, qui tam illicitam alienationem reper[ti]</u> <u>fuerint contraxisse, feudum amittant, et ad dñum libere revertatur: Scriba vero qui hoc instrumentum sciens</u> <u>conscripserit post amissionem officii, cum infamiae periculo manum amittat.</u>

Sed forsitan obstare videtur tex. in leg. usufructu. 57. §. quod si fundi. ve[r]sic. ff. solut. matr. ubi dicit I. C. quod si extraneus qui dederit usus fructum fundi sui dederit in dotem marit[o] mulieris iussu, et divortium subsequatur, quo modo restitutio debeat fieri, ut consulatur mulieri; et huic dubitationi respondet, quod potest autem vel cautionibus interpositis; <u>ut sicut potest vir iure suo cedat mulieri</u> ... huic difficultati occurrerunt recentiores interpretes, et praecipue Ant. Fom. de loco supra citato. D. Joseph. de Ret[es] lib. 1. opusc. cap. 19. verba illa: <u>ut sicut potest vir iure suo cedat mulieri;</u> ita intelligenda esse ... sensu, et voluntate extranei, quia tunc intelligitur novus usus fructus constitutus; et ita expendi possunt verba ill[a] <u>vel si volente dño proprietatis mulieri constituatur usus fructus.</u> sed haec interpretatio dura videtur, nam I. C. ib[i] loquitur de casu diverso, ut denotat disiunctio illa <u>vel.</u> quae non potest admitti talem sensum; quare verius ... [cum] Dom. inst. ad §. finitur. ita intelligunt praedicta verba; <u>ut cedere.</u> ibi non significet cessionem in iure, sed ... patiatur tantum maritus, mulierem uti frui, quam explicationem suadet exemplum verbis sequentibus: <u>frui eam patiatur.</u> et eo ... modo intelligitur tex. in leg. cum antiquitas. 15. §. et si. verric. <u>quod enim.</u> C. de usufr. ibi: <u>sive ipse legatarius ...</u> <u>sive alii cedat, ut mercedem accipiat;</u> ubi verbum <u>cedat</u>, insumitur ibi pro cedere in iure, sed tantum pro ... commoditas quae sola permittitur ei, qui habitationem habet.

8. Succedit altera distinctionis pars examinanda qua diximus, nariget tutoris autoritas, ut pupillus suam conditionem deteriorem efficiat. cui fortasse opponi potest tx in leg. 1. ad fin. versic. namque plus post. ff. de O. et A. ubi I.C. comparat casum quo pupillus stipulatur, et quo promittit, et in utroque disponit, non esse necessariam tutoris autoritatem. cui difficultati respondet Accurs. ibi. verbo posse. quem sequitur Calda ... verbo hunc contractum. n. 4. versic. nec in contrarium. hunc tx esse intelligendum ... habilis, sit quod promissio tutore autore fit, ex qua resolut. fit infertur, pupillus sine tutoris autoritate non posse deferre iusiurandum, sive reus sit, sive actor ex ratione, quam tradit tx in leg. tutor. 35. § 1. de iur. iur. leg. 4. de rebus cred. in specie probant leg. 1. § 1. quarum rerum actio non datur, quem tx. explant Pacius et Gilg. ibidem. ubi Donel. n. 6. ceterum obstat tx in leg. 17. § 1. de iur. iur. ibi, exceptionem dari. quae videtur significare mero iure valere delatum factum a pupillo sine tutore; sed omissa Barth. solut. n. 3. Pacii ubi sup. et alia Cuja. lib. 19. ad edict. Pauli, veritas potest procedere de § quando iuramentum fuit appositum ad libros dicti pupilli, quo casu mero iure subsistit delatio. ita Gualà. lib. 28. com. cap. 42. lit. C. vel dicit post Donel. de lib. 24. cap. 9. hoc in re controversa locum habere. si forte adversarius contendat aut delatorem non fuisse pupillum, cum deferebat, aut detulisse, tutore autore, argumento leg. 9 in princ. de iur. iur. sed adhuc obstat tx difficilis in leg. quod iuraset. 26. ff. de iur. iur. ubi ... pupillum iurare posse; sed reo, cum voluntarie pupillus iurat, eius iudicium et inhabile pro contentis adversarii deferentis ... nec contra hanc interpretationem est tx in leg. ius iurandum. 34. § 1. eod. tit. ubi dicitur pupillo ius iurandum deferre. quia dicendum est, pupillum non posse cogi iurare. de § 1. tradit Gualà. de lib. 24. cap. 17. ex quo fluit, pupillum non posse sine tutore ius iurandum remittere. leg. 32. de iur. iur. ubi Cujac. et Duar. cap. 9. Petr. Greg. lib. 50. Syntag. cap. 6. n. 6.

ex.

9 Ex dictis itaque infertur, pupillum sine tutore nullam rem alienare posse. d. l. sciendum ff. de acq. rer. dom. nec ... Corporalem possit amittere. l. possessio ff. de acq. poss. sicut etiam sine tutore, nullam rem posse vendere; l. 13. § 29. ff. de act. empti. docent ... in l. 11. 3. ff. n. 34. de bon. matern. Corras. lib. 6. miscel. cap. 22. quod adeo verum est, ut nec tutor rem pupilli emere possit. l. 34. § ult. de contrah. empt. l. tutor rem 56. ff. de admin. tutor. ex ratione l. pupillus § § item 2. de auct. tutor. docent Donel. lib. 9. com. cap. 13. ubi Osuald. Pacius cent. 5. q. 5. n. 1. verum obstat l. cum ipse C. de contrah. empt. ubi dicitur, ideo ibi valuisse venditionem quae fuit facta palam quo casu cessat simulatio. ita post alios Joan. Gutier. n. 9. Pacius quaest. 5. ubi sup. Cujac. 33. Pauli ad edict. in d. l. 34. § ult. vel verius potest, bona fide facta intelligi, quia cum alterius tutoris autoritate facta fuit ita Corras. lib. 6. miscel. cap. 18. Sed adhuc urget text. in l. tutor rem 56. de adm. tutor. ex quo colligitur extra casum posse tutorem emere rem pupilli, ibi denegetur reivindicatio quae sane competeret, si nulla esset emptio; sed omissis solutionibus Accursii ibi, verbo non posse, recenset cum Pacio, et Cujac. ubi sup. et cum Ant. Vetus. in l. de accessionibus 14. de divers. et temporal. praescrip. in § plane n. 7. in fin. 1. tom. opusc. in quibus solutionibus sequenda.

10 Hodie ut emptio et venditio valeat requiritur, ut alterius tutoris interveniat autoritas, aut quod judicis autoritate fiat. l. 4. tit. 5. part. 5. quae non est abrogata per l. 23. tit. 11. lib. 5 recopil. ut tradit Gutier. n. 11. ubi sup. Sed subtiliter quaeri potest, an ad validitatem emptionis sufficiat tutoris autoritas qui tutelam non gerit; cui quaestioni respondet text. in l. 4. de auct. tutor. non sufficere. quae sane decisio valde difficilis redditur, ex l. 49. de acq. her. ubi pupillus acquirere hereditatem potest eo auctore tutore qui tutelam non gerat. quod idem videtur dicendum in emptione. Cui difficultati omissa solutione Accursii, et Barth. ... Pacii, cent. 5. q. 75. quam reprobat Cujac. tract. 4. ad Afric. in d. l. 49. Osuald. 7. com. cap. 9. lit. C. dicit magnum discrimen versari inter emptionem, et aditionem hereditatis ea ratione, quia aditio animi potius, quam facti vel administrationis est. l. pro herede. 20. de acq. hered. quo fit, ut quilibet qui ad sit tutor, sufficiat ad aditionem, cum animum facilius suppleatur. l. pupillus. 129. de R. J. quam contra, quod facti est, l. Consilio. § ult. de curat. furioso. atque ita tutoris autoritatem tutelam gerentis desiderat, ne aliqua extra utilitatem pupilli venditio fiat, quod facilius contingeret, si per tutorem, qui res non administraret, contractus ille celebraretur.

11 Nec contra hanc interpretationem repugnat, ex eo, quod solutio est facti est. d. l. 7. solutio enim recte fit honorario tutori. l. 14. § 1. de solutionibus, neque huic difficultati satisfacit Cujac. d. tract. 4. ad Afric. in l. 49. cui adde Nicolaum Ballo. de rer. dub. lib. 6. qui sit honorarius tutor. explicat Gutier. 1. ff. de tute. lib. cap. 17. et an decima ei debeatur, apit. 3. part. cap. 6. inferturque ex superioribus, pupillum non posse interpellari, ut hoc ut in mora constituatur. l. mora 24. de V. O. sed obest difficilis text. in l. 56. § ult. de evictionibus, ubi pupillus, si fuerit denuntiatus, dicitur teneri de evictionibus, attamen dicendum est, ex causa benignitatis actione ex empto obligari, ut ait d. § ult. quod in eo dicitur, quia tutor non apparuit, unde fuit utile denuntiari pupillo ut explicat Cujac. ad l. 5. C. de evictionibus. Donel. in d. l. ... 14. n. 20. nec etiam obest l. si finita 15. § pupillus. de damno infecto. ubi si pupillus tutorem non habeat, et ab eo petatur ut ex causa damni infecti caveat, quasi indefensus condemnatur, ut contra eum missio ex 1. decreto fiat; recendum enim est, cum Accursio in d. § ult. verbo pupillus.

12 Denique inferturque pupillum sine tutoris autoritate actione commodati non teneri. l. 1. § ult. ff. commodati. nec pignoratitia conveniri. l. pupillus 39. de pig. act. nec hypothecam constituere posse. l. 1. in princ. ff. quae res pignori, quae omnia ei denegantur, ne deterior ei sua conditio efficiatur. ... obest text. in l. ult. § ult. de precario. ubi si pupillus sine tutoris autoritate precario rogaverit, teneri interdicto, de precario. cui difficultati respondet Cujac. lib. 23. obs. cap. 21. ex eo provenire hujusmodi obligationem, quia pupillus rem tenebat, unde cum formula edicti de precario ita concipiatur, quod precario habes restituas. et in pupillum rem tenentem cadere possit, merito dicitur, hoc casu teneri in d. § ult. nec sic evenit in edicto commodati hoc enim cum principaliter concipiatur, sub obligatione, dum ait: quod tenetur hi ex causa commodati dare, facere ve oportet ex fide bona; merito non tenetur, cum sine tutore obligari nequeat, nisi casu, quo locupletior factus sit ex rescripto divi Pii, uti sup. docuimus.

Hujus disputationis finis.

+

De Acceptilationibus. De
D.n Antonio de Arguelles.

Del fol. 98. al 103. estaba en blanco.//

Academicus tractatus de acceptilationibus pro expositione et illustratione Imp. Iustin. in §. item per acceptilationem so. Inst. qq. modis tollit. obligat. lib. 3. inst. tit. ult.

Antiloquium.

Librum 3.m institutionum ex tit. de obligationibus vespertinae huius cathedrae professoriis ex
voto August. M. Academiae, descriptum uberrimis notis illustratum explanavi, vosque vestris suffra
giis (nobilissimi et amantissimi auditores) in antesessorum numero sui cooptatus, quare iam non dubi
tandum erat difficiles aliquas Iustin. decisiones, explicationibus, vel observationibus, hoc verno tempore ape
rire, et enodare. verum cum cognovi plures ex vobis vehementer efferri studio acceptilationum, et ideo
cum facile traham, quo mera piunt desideria vestra, quia in hac parte nemo non iustissima habebit cum accep
tilationum materia sint praecipuis iuris nostri Caesarei caput non extollit, possit iustin. doctrina et sub. ni
ditate cum illis merito de principatu contendere, hunc tractatum in lucem libens proferre decrevi, quem
spero vobis iucundissimum et utilissimum fore, et si illius studio aliqualem operam dederitis, libenter vobis
acceptum facio debitum ad quod mihi solvendum ingens mea erga propensus vestros affectio vos iure obstrin
git.

Praeludium

De solemnibus verbis, formulis, et ethimologia acceptilationis.

Multi sunt ut contrahendarum, ita et distrahendarum obligationum modi; idcirco cum ex titulo de
obligationibus aperuerit Imp. Iust. modos ineundae obligationis, illius solvendae modos hic recen
cet, inter quos numerat acceptilationem, quae solemnibus verbis et certis formulis celebrabat; interro
gabat debitor creditorem an sibi acceptum ferret, quod ei debebat et creditor rebat se ferre acceptum in
hunc modum; quod tibi mihi habes ne acceptum, habeo. ut docet Iust. in praesenti: vel accepta facis decem
facio ut tradit Pomp. in leg. sane 7 ff. de accept. et aliis formulis, quas refert Brison. lib. 9 de formul.
pagin. mihi 880 et eadem formula qua expensilatio decipiebat, de qua Gelius lib. 14 cap. 2 Otho.
man. hic cap. 1 et ad tit. de liter. oblig. cap. 1 Richard. h. n. 4 Cicero in verrem celebrari acceptila
tionem tradit Brison. lib. 1. de verb. sig. verb. acceptilatio et ob has formulas vocat. acceptilatio aere
solemnis at Imp. in leg. ult. Cod. de remiss. pign. qui in fraud. cred.; verba autem in ea celebratione a
veteribus usitata rejectia fuerunt. acceptum fers accepta facis, acceptum ferem quae gradus usurpa
bant ut patet ex Pomp. in leg. pluribus 6 et in leg. sane 7 et Paulo in leg. part. D. et ex Ulpian.

leg.

in leg. et p iusiurandum 13 S. 1. cum sequent. ff. de accept. Unde acceptilatio ex re nomen accipit q. enim debitum acceptum fert, inde factum ipsum dicit acceptilatio, et quia poterat appellari accepti habitio, vel acceptifacio, q. hæc tria verba ut nuper diximus idem sonabant, electum fuit tamen verbum acceptilationis utlebius, suabius, et commodius, quoniam ut optime monet Cicero in topicis etsi non multum referat, quo verbis utamur, si tamen uno commodius, quam alio uti possumus, commoditas in dicendo non est negligenda. Dicebat et olim in acceptum ferri opus publicum cum Magistratus opus, ad faciendum locatum erat tamquam ex lege operi dicta factum appbare se testabat ut ditat ex leg. lex Iulia 7 S. lex Iulia 7. ff. ad leg. Iuliam repetund. tradunt Brison. lib. 1. de verb. sig. verb. acceptilatio et Cuiac. 11. observ. cap. 22

Caput I.m

De definitione acceptilationis.

1\. Acceptilationem ita definivit Modest. in leg. 1. de accept. acceptilatio est liberatio per mutuam interrogationem, qua utriusque contingit ab eodem nexu solutio. Hanc tamen Modest. definitionem acriter impugnat Cuiac. lib. 5. observ. cap. 36 et in paratitl. ad tit. ff. de accept. Larreat. lib. 8 select. cap. 1. oroz lib. 2 de apic. iur. cap. 2 n. 1. cum quat. sequent. Othom. lib. 3 observ. cap. 18 Revard. ad leg. nihil 35 ff. de reg. iur. et Bris. lib. 2. de solut. in princ. Donel. lib. 16 cap. 21. in princ. et Dionisius Gothofre. ad d. leg. 1. lit. E Vacobius ad Wesenbechi. in paratitl. ff. de accept. n. 1 Iunius ad Heuterum volum. 1. disp. 29 thesi 4 quest. 13 asserentes, neque convenire, neque adaptari posse cum acceptilationi, quæ verborum obligationes dissolvit, sed tantum acceptilationi, quæ interveniente aquiliana stipulatione celebrat, quod dicunt, non vero ad verborum obligationes refert.

Apingit definitio acceptilationis tradita a Modestino.

2\. Rationem, qua movent prædicti in primis contra affirmare Modestin. definitionem non convenire cum acceptilationi, quæ quidem tollunt simul obligationes verborum ex eo desumunt, nempe quod in definitione Modestini dicit fieri acceptilatio per mutuam interrogationem, quod imprimis est, imo ex parte repugnat. nam cum acceptilationi in qua non duplex, sed unica tantum interrogatio necessaria est, quoniam qui verbis obligatus desiderat liberari per acceptilationem interrogat creditorem utrum sibi debitum acceptum habeat, et credit. respondet, se acceptum habere, quo facto liberat, vel uti hoc modo decem quæ tibi promisi accepta facis, facio leg. sane 7. cum aliis h. tit. deinde quod docet Modest. in ult. verbis, virtute acceptilationis liberari ab obligatione, tam creditorem acceptum facientem, quam debitorem acceptum rogantem, quod nisi absurde dici non potest quia supponit creditorem obligationis vinculo adstrictum esse alias non, quemadmodum ab obligationis nexu dissolui non affirmaret, quoniam ubi adest obligatio nulla, nulla potest esse liberatio leg. decem 116. de verb. oblig. dicent Larreategi d. lib. 8 select. cap. 3 n. 9 Cuiac. lib. 8 quest. Papin. in d. leg. decem 116 ubi etiam Donel. oroz d. lib. 2 cap. 2. n. 2. sed abhorret a principiis iuris asserere,

fundamenta impugnantium definitionem traditam a Modestino

obli

obligari posse illum, qui aliquid sibi dari stipulatus est: quod absurde supponeret Modest. virtute acceptilationis eum liberari, neque ipsum tanti criminis reum Modest. faciant, contendunt, acceptilationi desp(ositi)o(ne)m ab illo traditam non posse convenire cum acceptilationi vigore cuius verborum tantum obligationes dissolvuntur.

3 probat Modest. desp(ositi)o(ne)m tantum convenire aquilianae acceptilationi

Quibus rationibus ducti enixi desserunt p(raedi)ctam Modest. desp(ositi)o(ne)m convenire et tantum acceptilationi, quae fit aquiliana stipulatione interposita, et quae non ad verborum obligationes, sed ad contractus refertur, et obligationes ex illis provenientes, re, literis, aut consensu contractas dissolvit, cui apprime omnia desp(ositi)onis verba conveniunt, et 1.° priora illa est liberatio per mutuam interrogationem; quippe in hac acceptilatione duplex requirit interrogatio, ut liberatio contingat, una creditoris, et altera debitoris; creditor namque cui aliquid ex contractu, re, literis, et consensu celebrato, et aliunde debebat, ut hoc posset acceptum facere prius novabat obligationem, antiquamque in novam verborum obligationem transferebat interrogans debitorem, an promitteret, quod sibi deberet, promittebat debitor, et facta novatione, et transfusione veteris obligationis in novam verborum, rogabat, et interrogabat creditorem utrum sibi, quod ei debebat acceptum faceret, et respondebat creditor, se acceptum habere, hoc videlicet modo interrogabat ita creditor, quod mihi debes ex quacumque causa promittis mihi, et respondebat creditor promitto, postea interrogabat debitor, quod tibi promisi habesne acceptum, et respondebat creditor, habeo, quod remedio novationis, et prudenti admodum cautione inventis à Galo Aquilio viro iuris consultissimo, et in consiliis et iudiciis cautionibus principi egregio, ut sic dicant, et ex leg. Galus 29 de lib. et posth. tradit Cicero lib. 3 officiorum, à quo nomen sortita fuit stipulatio praeparatoria acceptilationis inducta ad novandam priorem obligationem, et ad sternendam viam acceptilationi, quae ob id etiam aquiliana vocatur, ceperant omnes obligationes quae tum vi non verbis contractae, sed et quae libet alia causa productae, perimi per acceptilationem § est autem 2 inst. h. tit. leg. et nos 18 § 1. ff. de accept. quae aliter dissolvi non poterant per acceptilationem ut probant textus in leg. cum emptor 5 ff. de rescind. vend. docent Cuiac. d. lib. 5 observ. cap. 36 Oroz d. lib. 2 cap. 2 n. 3 et 4 et Brison. d. lib 2 de solut. in prin. et post medium pagin. mihi 163 et Anton Fab. in iurisp. tit. 2 prin. 4 illat. 1.

4 ad hac probat idem aversum

Varius et ultima desp(ositi)onis verba ibi: quia utriusque contingit ab eodem nexu solutio p(raedi)ctam acceptilationi convenire defendunt ea ratione, quod cum haec acceptilatio non ad verborum obligationes, sed ad contractus spectet, quemadmodum contractu ultro citroque obligatio leg. labeo 19 vers. contractum de verb. sig. de cuius expositione videndi sunt Donel. lib. 12 cap. 6. ubi Osuald. Barcholt. de verb. oblig. cap. 1 n. 63 cum sequent. et noster Pichard. in § ult. supra de oblig. § 1. supra, et author. dict. ubi vide re potentes; haec acceptilatio est mutua liberatio, unde quemadmodum ex contractu mutua producit obligatio, ita ex hac acceptilatione mutua nascit liberatio, et utriusque contingit ab eodem nexu solutio probant textus in leg. ult. ff. h. tit. et in leg. cum emptor § ff. de rescind. vend. docent Cuiac. d. lib. 5 observ. cap. 36 Oroz d. lib. 2 cap. 2 n. 2 et Donel. lib. 16 comment. cap. 19 in fin. et ad leg. 1. et 2 cod. quando liceat ab empt. discedere n. 2 et Brison. lib. 2 de solut. fol. mihi 164 infra.

5 continuat superius assumptum

Iam quia illa verba ab eodem nexu videntur expressi referre acceptilationem ad liberationem nexi, quae fiebat per aes et libram quod Silium lib. 7 sic de Marco Manilio scribentem, inde reum credito-

pala-

palam populo solvit libraque et aere liberatum emittit, et ex illud Festi ibi: Aelium Gallum nexum definivisse, quodcumque per aes et libram geritur, eiusque generis testamentifactionem, nexi dationem, nexi liberationem docet Retard. in leg. tam naturale 35 de reg. iur. de hac nexus liberatione vide Telleri lib. 3 de nobilit. gentil. cap. 4 pagin. mihi 139; cum ergo omnia de praedictis verba communi acceptilationi ad verborum tantum obligationem pertinenti non conveniant, et pro prissime quadrant acceptilationi per interpositionem aquilianae stipulationis celebratae, quae ad omnes contractus refertur, concludendum in leg. 1 ff. hoc tit. hanc, et non illam acceptilationem a Modestino definiri.

6 Opponunt variae definitiones ab interpretibus

Ob id variae ab interpretibus afferuntur, et traduntur acceptilationis definitiones, et aliorum que acceptilationem complectentes, alteram reddit Donel. d. lib. 16 comment. cap. 22 in princ. in hunc modum: acceptilatio est verborum conceptio, qua creditor, cui verbis, quod promissum est, rogatus a debitore an quod ita debet acceptum habeat, faciat, ferat, respondet se acceptum habere, facere, ferre, liberandi eius causa. aliam tradit Cuiac. in parat. ad tit. ff. de acceptil. quae sic se habet: acceptilatio est verborum conceptio, qua dissolvunt se duo ultro citroque, quam refert Ovald. d. lib. 16 Donel. cap. 21 lit. A in princ., et ut verissimam tuentur Larreategi d. lib. 8 select. cap. 1 n. 1 et Oroz d. lib. 2 cap. 2 n. 1. aliam exlogi facit Vultejus 1 iuris par. 55 n. 2, quae sic circumfertur acceptilatio est stipulatio, qua creditor debitori debitum acceptum tulit.

7 Impugnantur omnes definitiones Vultej. in n. anti.

Verum ut neutram ex his tribus definitionibus amplecti possimus plurima cogunt. primum quia omnes opponunt definitioni traditae a Modestino in leg. 1 ff. h. tit. cuius defensionem bonus professor, et fidus iuris interpres suscipere debet, etsi cum fortissimis iurisprudentiae nostrae gigantibus ei contendere necesse sit, quoniam veritas magis amica debet esse, quam Plato alias quippe si iurisconsultorum definitiones, et decisiones pro libito contemnere licitum foret, totum ius nostrum conturbant, nihil autem in eo firmum et stabile inveniri potest. Deinde quia praedictae definitiones acceptilationis naturam et qualitates non satis explicant, denique, quia aliqua ex illis incidunt in eadem vitia, quae reprehendunt, et alia impingunt in manifesta iurisprudentiae, in aliis que multis peccant, etiam ex proprio ordine demonstrabo.

8 Reprobatur definitio Vultej

In primis sustineri non potest definitio tradita a Vultejo d. 1 iur. par. 55 n. 2, nam ut eum reprehendens recte docuit Gedeus de contrah. stipul. cap. ... disp. 13 n. 71 et cap. 12 disp. 13 n. 19, quem probat Ovald. lib. 16 Donel. cap. 21 lit. A licet verum sit acceptilationem esse verborum conceptionem, et per interrogationem et responsionem stipulationis instar expediri ex eo tamen non sequitur stipulationem esse: ea scilicet evidenti ratione, quia non contractus, quoniam causa commercii obligationis introducti fuerunt contractus, et ex qua producitur obligatio non continet, imo illa potius caret. Deinde quia contrarium finem includit, et intuetur ac stipulatio quoniam stipulatio tendit ad constituendam, acceptilatio vero ad perimendam obligationem. Maneat ergo renuenda definitio Vultejii tanquam a vero iuris tramite, et a solidis principiis longe distans.

9 Evertuntur definitiones Donel. et Cuiac.

Deinde defendi nequeunt definitiones praedictae a Donelo et Cuiac. quia in multis peccant et in primis non potest admitti definitio Doneli, quoniam licet non male explicet naturam acceptilationis, nimis tamen prolixa est, et pluribus minime variis abundat verbis, quae illam satis molestam, et a iurisconsult. stilo alienam reddunt ut recte sentiunt Larreat. d. lib. 8 select. cap. 1 n. 1 et Oroz d. lib. 2 cap. 2 n. 1. Nec etiam sustineri potest definitio Cuiac. quam tortii

amplectant

amplexant farreat. et eroq. ubi prime quippe pt qq. qo ut nimirus laconica, p. satis ex poxit

nam acceptilationi, in iis labir vitius, qd obiurgabat: nam cum acrit reprehenderet Modestini defin.

in eo qd assereret p acceptilationem tam debitorem, qm creditorem liberari ut patet ex ultimis verbis

ibi: qua utrique solvit obedit. Nexu solutio: idipsum expressabat, ut dicat ex sua defin. q

sic se het acceptilatio verborum conceptio qq. se absoluunt utrocitroque.

10.

Insurgit alius contra defin. Cujac.

Propterea qs. si exprimit formam, exempla, e acceptilationis, quoniam n meminit interrogationis et responsionis que ad illius essentiam immediate pertinent, et omnes fatentur et ipse Cujac. n. inficiatur. Nec satis facit dicere interrogationem et responsionem comprehendi sub verbis illis ibi: e verborum conceptio. nam licet hoc verbum conceptio sui solemne includat solemnem formulam l. actio. 41. ff. de neg. gest. ad eam interrogationis et responsionis continere, qd admodo videatur, qa precedente interrogatione, que forma responsio seq. debebat, despiciebant ut tradidit Brisson. lib. 18. de Brisonius lib. 6. de formul.

pag. mihi 560. et 562. verum tn interrogationem et responsionem n includit ut patet in stipulatione, qq. licet a d.ecto appelletur verborum conceptio in l. stipul. Cav. §. 1. ff. de V.O. dicitur tn ibidem: celebrari interrogatione et responsione, et in l. 1. §. verb. 7. et in l. obligamur. 52. §. verb. 2. ff. de o. et a. quequus qs. voceretur acceptilatio a Cujac. verborum conceptio, n exprimitur forma essentialis consistens in interrogatione et responsione neq. ipsius recipit illius definitio ut impropria, et minus explicans nam e essentiam rei definita, nec acceptilationis.

11.

Obiternunt Paul. de Castro et che sic in surgentes contra defin. Modestini.

Alia plura diminiscentes Interpretes adversus Modestini definitionem, ut videre e apud Paul. de Castro, q in l. 1. ff. de Acceptilat. asserit, Modestinum ibi, n definire acceptilationem, sed p parere tta illius effectus, licere, libe rationem quem docett. Immo q. non licet interrogationes et responsiones, et apud Bartholomeus Chesius, lib. 1. interpretat. Iur. cap. 47. ubi asserit, Modestinum in l. 1. ff. de acceptilat. generalem definitionem acceptilationis n ponere, si e quelibet, sive particulares casus spectantes ad acceptilationem factam duobus reis debendi, de quo particulari casu loqui Modestinum sibi facile persuadet n aliis duabus rationibus motus. 1a. quoniam ut ipse testatur definitio Modestini n convenit generali acceptilationi: et e particulari, seu potius vera. 2a. quo niam hoc depositi certissimum e, ingt ille, agere Modestinum in d. l. 1. de acceptilatione facta duobus reis debendi, nam inscriptio d. legis, de regula e ex lib. 2. regul. in quo tractavit Modestinus de duobus reis, ut attendit ex in l. 1. ff. de duob. reis, que ultir ex eodem lib. 2. regularum depromptae. que interrogationes acceptilatione ingt a Preceptore suo Nicolao Bona Santi qp nimis commendat. Verum si aut tuc, et postea laudat, in eius (?) scisse sim nominaret. hec tn omnia mere nuga sunt, tacoq qs. depravata potius tempo qs impugnatione.

12.

Asseritur verum definitio idem plini. contra Carum auctoritate comprobata.

hinc q. omnibus omnine te q. vagum eq. verum asserlo. Sub ipsi

optime amplectar acceptilationis definitionem traditam a Modestino in d. l. 1. ff. h. tt.; et ne alieni interpretibus magis quam juris conditoris sectatori nimis audax videar, eos quos forte existimet, me solum lectoribus prudentibus meis proscribere evidenter manum porrigere. praestitque quod in vicem Modestini clypeo munitus excito, insignes habeo duces, qui utpote reliquorum juris viri cultores hanc eandem Modestini definitionem defendunt et amplectantur, videlicet artis nostrae signifer, Accurs. ad d. l. 1. ff. h. tt. et ibi eiusdem thol. Osual. de lib. 16. Donel. cap. 11. lib. 2. Wesemb. in parathit. ad h. n. tt. Alciatus Hortensius, et nos Pin. hic. eosque tot dubitationis aestu fluctuantes, ab impugnationibus tamen excusare conantur, Donel. d. lib. 16. Com. cap. 11. in prio versic. acceptilatio, et ita fine. versic. atque et Cunius ad trecentesimum volum. ult. disp. 23. thes. 4. q. 13. cumque quia non omnes in illius expositione ex probatione clariores, qui se gerunt, eam paulo clarius elucidare, et tutius ab obiectionibus vindicare curabo.

Explicatur definitio Modestini. 13

Docet itaque Modestinus, acceptilationem esse liberationem. scilicet: acceptilatio est liberatio. ponitur in hac definitione, est liberatio, quia extinguit absolutio, quod convenit omnibus liberationum modis; illa autem verba per mutuas interrogationes, sunt loco differentiae, quia inter omnes liberationes, hic est verbis celebratur et ideo per verba distinguit. quoniam inter plures modos, quibus ipso jure tollitur obligatio, velut solutio, novatio, compensatio, confusio, delegatio, et obsignatio, ut unum ex illis connumeratur acceptilatio aeque efficax ad liberandum ipso jure obligatorum. Docent omnes hic, et repetentes ad l. 1. ff. de acceptilationibus et Brisonius lib. 1. de solutionibus in princ. et ceteris quia liberatio extingui debitori per acceptilationem non interveniente rei, sed verbis celebratur, creditorque quae sibi debitum non accipi a debitore, sed ipsum acceptum ferre fatendo se eam accepisse (ut vulgo exponunt interpretes) probatur ex pluribus. l. 80. ff. de solutionibus. l. servius. 6. ff. de manumiss. l. 13. ex et cont. 35. ff. de pig. act. l. tale. 18. §. 1. ff. de jure doctius. Velut perinde illam pro accepta habens, et dicens, se eam creditori remittere, illique pro eo facere: ideo negative verbis. ibi: per mutuas interrogationes docuit, neque liberationem non ex vera solutione rei debitae, sed verbis producit. ob id promeruit acceptilatio appellari ab imperatore Justiniano imaginaria, et non vera solutio, et vocari civilis modus, non naturalis solvendae obligationis a Pomponio in l. 1. pen. ff. de solut. deinde quoniam acceptilatio absolvit tantum verborum obligationes, ut docet Modestinus hic: ideo illius liberationem per verba extingere optime tradit Modestinus quia sit verborum obligatione, ut pote ex stipulatione producta, solemniter debebant per interrogationes, et responsiones, sic id manifestis inter

interrogationem et responsionem, ut proxima vbā extingui demonstret, et eod. modo solvatur oblig.o, quo celebrata fuit ēa reg. ff. de reg. jur. l. 35. naturale 35. l. omnia. 100. l. ferè. 153. ff. de reg. jur. l. 80. ff. de solut. tandem quoniam jux stylum J.C. Consultorum solutâ obligatione non solum dicitur liberari debitor, q ab illius vinculis solutus fuit, verum etiam Creditor, q dimisit aere obligationem ut patet ex l. 1. §. si ab alio. ff. de exercit. act. et ex l. quoties. 9. §. sicut 5. ff. de adm. tutor. ob hanc rationem, utrumque liberari recte dicit in ultimis verbis. ibi: qua utrumque stringit ab eodem nexu solutio.

14. Dissolvitur primum argumentum adductum ex D. definitione Modestini.

Alias pro modestini elucidatione, sed brevitati animadverti facile est corruunt argumenta D. illius definitionis supra n. 2. proiecta. quorum non obstat p.m dictum ex illis verbis definitionis est liberatio per mutuam interrogationem. Exigentiam ferebant Interpretes superius relati, acceptilationem esse generalem, non posse definiri a Modestino, eo vide licet q.a in ea non duplex, sed unica tantum interrogatio, ut constat necessaria est. huic namque dubio credimus, praedicta Modestini vbā non involvere duplicem interrogationem, unam scilicet debitoris, et alteram creditoris, sed unicam tantum debitoris accepto rogantis, mutuam tamen, idest, quae mutua fiat, et subsequentem responsionem Creditoris accepto ferentis: et ut clarius hoc expediam, ideo dicitur acceptilatio fieri per mutuam interrogationem, quoniam, ut valida sit, non sufficit praecedere solam interrogationem debitoris, sed amplius requiritur praecise responsione Creditoris, et non qualisqualis, sed mutua, reciproca, et congrua, et interrogationi prorsus conveniens; hoc est, ut rite sortiatur acceptilatio, debet interrogare debitor, an sibi debitum acceptum fiat, et mutuo vere Creditor congruè, et eodem modo, quo interrogatus est, se acceptum facere. quidem stringit in stipulatione, in qua, quae adeo celebrationes essentialiter necessaria est interrogatio et congrua responsio, ad illius valorem praecise requiritur, vel exigitur, quod stipulatori interrogationes subsequatur mutua, et reciproca responsio creditoris, idest, congrua et omnino conformis, ut constat ex l. 1. l. cum jus 55. ff. de V. O. et in princ. inst. eod. tit. docent sed non ita explicent Accursius ad d. l. 1. ff. hoc tit. et ibi Bartolus. Donel. d. lib. 16. com. cap. 21. Paulus post principium Castren. Florentin. et Arnoldus Vinnius, ubi etiam tenent Cynotomus, Minsinger. et Richard.

15. Adhuc solvitur dictum argumentum.

Nec obesset, si dicas, hanc interpretationem asperam, et violentam esse, eo quod litera tex. in mediate opponantur. nam praeter quam quod hic non interpretandi mores toto literalis est, quod non minus proprie, et eleganti mutua interrogatio dicitur illa, quam mutua sequitur congrua responsio, quamquam dum lex esse, sed non ita propria, et literam admodum esset, adhuc tamen pluribus rationibus admitti deberet. 1.° quoniam optima legis intelligentia ex textu, et ex illius mente et potestate depromitur. l. scire leges. 17. ff. de legib. tum etiam quia non verborum intellectu attendendus, sed mens legislatoris sequenda est probat elegans tex. in §. scire oportet. 13. §. aliud. 2. versic. sed et si. ff. de excusationibus tutorum, ubi de ter-

Col.

griceq. Salmuth in notis ad Panciroliu lib. 1 memoravit tit. x absula pagin. mihi duo ex eisdem cum ibi refer. optime et elegantes ad rem Ciceronis loquitur, caina, qui sic dicit: scriptum sequi calumniatoris, boni autem iudicis voluntatem scriptoris, authoritatem[que] defendere. Deinde quoties id[em] sermo duas sententias exprimit, ea potissimum sequendam, quae rei gerende aptior est leg. quoties 67 de reg. iur. ubi vide Iacob. Gothofred. Ulterius, quoniam in ambiguis quid commodissimum est id accipi, quo magis actus valeat, non quo pereat leg. quoties 12 in vulgatis ff. de rebus dubijs: quare cum bene verum sit illa verba communem interrogationem involvere duplicem interrogationem, et etiam unicam tantum, mutuam, et communem responsionem hentem; non illa, sed haec ultima interpretatio nario admittenda, quoniam illa ex verbis, haec verum ex sententia legis, et ex mente legislatoris, et teste eodem Modestino indicet leg. sive oportet 15 § 2 vers. sed et si ff. de excusat. tutor. quod ducitur; tum etiam ex d. leg. sive 17, tum etiam haec ideo prius recipienda est, quippe rei gerende, hoc est, acceptilationi, de qua agit, aptior est ex d. leg. quoties 67. Rursus, et hanc nario sequendam esse vel maxime apprime demonstrat, namque illa admissa, actus acceptilationis, qui gerit, destrueret, corrueret, interiret; haec vero recepta valet, subsistit, roborat; haec ergo, et non illa accipienda erit ex d. leg. quoties 12. Nec firmissimam veritatem huius interpretationis enervabis, dicendo, haec omnia desare, si praedicta verba refferant ad aequiparem acceptilationem: etenim non duplicem, sed unicam tantum acceptilationem esse affirmamus, ut paulo post perspicue manifestum facimus.

16 diluit 2m argum. quod iactum de textu Modest.

Deinde non obest 2m argum. desumptum ex ultimis verbis textus Modestini ibi: quo utriusque contingit ab eodem nexu solutio, quem, intendebant adversarij non posse convenire Coi, et generali acceptilationi, ea scilicet rae, quippe in illa non uterque liberatur, sed unus tantum, videlicet debitor, qui solus obligationis nexu adstrictus erat. etenim nonnulli hunc obstaculum licet non parvi ponderis, non adeo ingentem esse, ut praefactum Modestini textum enervare possit: quoniam licet habito respectu ad obligationem, ab illa solum liberari posse videatur, qui illius nexu vinctus erat, quia liberatio praesupponit obligationem ut privatio habitum leg. decem 116 de verb. oblig. proprie etiam, et solito Iurisconsultorum stylo dicit quoque extincta obligatione, ab ea liberari Creditor, quae vi illius vinculis adstrictus non erat; ut dicitur ex duobus expressis Ulp. testimonijs in leg. 1 § servi ab altero ff. de exercit. actione, et in leg. quoties 9 § sicut 5 ff. de administ. tutor. sed nunc merito inquires, cur dicant Iurisconsulti sublata obligatione Creditorem liberari, cum nulla ad versus illum competeret obligatio, quae ut contingat liberatio, necesse est: verum facili reo Cornelio Donello, qui lib. 16 comment. cap. 21 vers. Ergo, obid sic loqui consultum existimabat, nempe quia Creditor liberat, et absoluit reum ab obligatione, qua tenebatur. Unde hoc verbum liberari active saltem ad eum refertur; ad mari commune est, quoniam liberare et liberari sunt diversa) ideo Iurisconsulti dicere, Creditorem liberari, quia alienat, dimittit, et abdicat a se obligationem; quare

que

quemadmodum liberat debitor, qui solvit illo vinculo iuris, quo eum vinctum habebat, ita si mihi dicit liberari Creditor, quia privat illo eodem iure, quo nexum habebat debitorem; optime igitur et dicta Iunctam sibi quoquationem adiecta est a Modestino ultima definitionis verba. docent licet dictam expo- nant Accurs. et Bart. ad d. leg. 1. ff. h. tit. Vvesembech. in paratit. ad tit. ff. de acceptil. n. 1.

17 negat divisio acceptilationem communiter re- cepta

Ulterius non officit aliud argumentum, quod ex duobus antibus adducebant adversarij, et quo evincere credebant non communem et generalem acceptilationem, sed aquilianam et praetoriam definiri à Modestino in d. leg. 1. ff. h. tit. eo quod omnia definitionis verba tradita à Modestino in d. leg. 1. huic sine violentia, imo proprissime quadrent, et aprime conveniant. quoniam licet communiter receptum sit duplicem esse acceptilationem communem, et generalem alteram, per quam tollunt solum verborum obligationes; aliam vero praetoriam, seu aquilianam virtute cuius exceptis verborum obligationibus ceteram omnes periment. Mihi tamen intentius haec considerandi praedicta divisio acceptilationem numquam placere potuit. itaque assero, et contendo hanc unicam tantum acceptilationem esse, praedictam que divisionem explicationis tantum gratia admissam, non vero ex principiis iuris recipi posse, ut contingit in usufructu, qui cum re vera unicus tantum sit, et tantum explanationis causa in formalem et causalem vulgo dividit, ut docent Cuiac. ad legem qui usumfructum 58 ff. de verb. oblig. Anton. Gomes 2. tom. variar. cap. 15 n. 2 Bart. in leg. 1 Cod. de dot. ex lege n. 4 Pinelus in leg. 1. Cod. de bonis mater. 2 parte n. 2 et noster Richard. in princ. inst. de usufruct. n. 10.

18 asserit unicam tantum acceptilationem adesse.

Nec hanc nostram dicturam infringunt Imp. Iust. et I. C. Florentinus in § est autem 2. h. nostro tit. et in leg. et uno 18. § 1 ff. de acceptil. ubi mentionem faciunt acceptila- tionis per quam non verborum tantum obligationes, sed ceteram omnes tollunt vel extinguunt, imo illius veritatem expresse confirmant. quoniam licet per acceptilationem de qua ibi loquuntur omnes obligationes quo- modocumque contractae tollant; hoc tamen non procedit virtute acceptilationis, quae nequit alias quam verbo- rum obligationes dissolvere, sed vigore stipulationis inductae à Galo Aquilio, qua interposita prior obligatio novat, transfundit que in novam verborum obligationem, et hoc modo perimi- tur, et extinguit per acceptilationem, quae ob id aquiliana nuncupat. Si igitur ad hoc ut una obliga- tio re, literis, vel consensu celebrata per acceptilationem tolli posset praevia necessaria fuit interpositio stipulationis aquilianae, ut scilicet novaret, et transferret in novam verborum obligationem: sequitur evidenter per hanc acceptilationem, quae vulgo aquiliana vocatur verborum solum obligati- ones extingui ceteras vero deinde dictas per novationem perimi: quia profecto ridiculum et penitus otiosum foret obligationes re, literis, et consensu celebratas extinguendo et in novam verborum obligationem transfundendo adeum finem ut per acceptilationem tolli possent, si absque his moles- tijs, et scrupulosis ambagibus illas posset acceptilatio perimere. Idem Galus Aquilius novam speciem acceptilationis non induxit, sed excogitata stipulatione, quae ab eo aquilianam nomen sortita fuit, hoc tantum effecit, ut per acceptilationem iam ante illam adinventam obligationes

alit, qz verbis celebratz, qd antea fieri n poterat, tollerent. Non ergo adest post Salum Aquiliu nova species acceptilationis, sed ea solum viget, q ante illum obtinebat. Ig. n duplex, sed una tantum est acceptilatio. et cont p dicta acceptilationum divisio solum explicatio gratia admitti, n vo ex prijs iuris recipi pot. Sig. acceptilatio, qz aquilianam vocant, et alia, qz com et generalem dicunt eadem e: adversarij asserentes Modestini desfoem comvire aquilianam p sibi fateri tenent ex prijs iuris coi et generali convenire. Hoc utrumq fatent Cuiac. in comment. Cod. ad h. tit. ubi etiam Donel. in rubric.

49 Dissolvit alterum argum. propositum d. defoem Modestini. Ultimo n offendit aliud argum qd ex illis verbis desfois a eodem nexu deducebat Reibard. in leg. nihil tam nale 35 de reg. iur. et quo intendebat pbare acceptilationem in leg. 1. ff. h. tit n refferri ad obligationem verbis celebratam, sed ad obligationem p aes et libram contractam: eo qd liberatio nexus n verbis, nec debiti pecuniae numeratione, sed p aes et libram tantum contingeret; qd pbant ex duobus Libij et Festi locis supra n. 5 ad verbum relatis; nam scimus, qd priscis retro seculis nexus obligatio sive solemniter tantum p aes et libram contraheret, et dissolui poterat in rebus mancipi, ut p duo adducta loca ostendunt Varro lib. 6 de lingua latin. et Cicero p murena in topicis et lib. 7 epist. Voetius in comment. in topica Cicer. et tradunt Brison. lib. 12 de verb. sig. verbo nexus Othoman. de verb. iuris et Alexander Scotus in Vocabular. iur. eodem verbo: huius tamen nexus p aes et libram celebrati nulla in iure nro fit mentio, nullumque illius extat vestigium ut docet Brison. ubi sup; quare sequentibus seculis cepit obligatio nexus ad alias obligationes refferri, veluti ad obligationem pignoris, et ad hanc pcipue leg. 1. §. si quis ideo 4 ff. ne vis fiat ei, qui in possessionem missus fuerit leg. res 22. §. 1. ff. de iur. fisci leg. ult. Cod. si aliena res pignori data leg. Creditor 2 et leg. si se ante 7 Cod. de distractione pignor. et ad obligationem conditionis leg. si in sortem 26 §. adeo 7 ff. de condit. indebiti et tandem ad oe genus obligationis quocumque modo contracte ut docent oes hic et ad d. leg. 1. ff. h. tit. Cuiac. lib. 5 observ. cap. 36 Larrateg. d. lib. 1. select. cap. 1. Oroz d. lib. 2 cap. 2 n. 1. cum sequentib. Sig. nexus obligatio ad oe genus obligationis cepit refferri, liberatio nexus in nra desfoe qz optime refferri pot ad liberationem verbis pductam, qua extincta et sublata fuit obligatio verbis celebrata. Maneat go ex his oibus optimam p fectam, et oibus numeris absolutam ee desfoem acceptilationis traditam a Modestino in d. leg. 1. ff. h. tit.

Caput. 2um.

De Personis, qs acceptum facere, vel rogare permittitur aut prohibetur.

1\.

Asserit Creditores tantum et illorum heredes acceptum facere posse.

Diximus cap. anter. quid sit acceptilatio, et eius solemnitates, in hoc autem agendum nobis est de personis, per quas predicta acceptilatio conficitur, quae duplices sunt, altera, quae acceptum habet, et alia, cui acceptum fertur. Din personis vero sermo futurus erit de illis personis, quibus acceptum facere permittitur, vel denegatur. in qua questione sit prima regula. Creditores, quibus aliquid ex negotio secum gesto efficaciter debetur, acceptum facere utiliter tantum posse, dummodo liberam rerum suarum administrationem habeant; idque etiam in creditorum successoribus obtinet, ad quos civili, vel honorario iure defertur hereditas. l. ex persona iusiurandum 13. §. heres. pen. ff. h. tit. ex eadem persona sensere. l. 24. de V. S. Unde infertur, Pupillum, Prodigum, furiosum, et minorem acceptum facere non posse, quia rerum suarum administratio illis iustis ex causis interdicta est, et quia resolutum accipiendo debitores liberare possunt, nisi tutorum vel curatorum accedat auctoritas. l. 1. C. h. tit. Dorent. Donel. lib. 16. Com. cap. 21. versic. personarum per quas, et ad dictam l. 1. C. h. tit. Brisson. lib. 2. de solution. in princ. Greg. lib. 41. sintagm. iur. cap. 19. n. 1. et Cujac. in Com. ad tit. C. de acceptilation. Vuesemb. in paratl. ff. eod. tit. n. 3. et Alcien eius notis Bacov.

2\.

Tutores et curatores acceptum ferre non possunt per expositionem leg. ex 13. §. 10. h. tit.

Tutores autem et curatores, licet pro Domino habeantur, seu Domini vice fungantur, dum tutelam, vel curam administrant. l. si tutor. 4. §. pupilli 11. ff. de usucapion. l. inter dum 56. §. quod tutelam. pen. ff. de furtis. l. adeo, 156. ff. de reg. iur. l. tutor. 27. ff. de admin. tutor. l. quod fundum 7. §. si tutor. 3. ff. pro emptore, et quamvis solutio ipsis facta liberare valeat, debitoribusque proficiat. l. quod si forte 14. §. 1. ff. de solution. l. lucius. 46. §. tutelae. 5. ff. de admin. tutor. §. at ex diverso. inst. quibus alienare licet, acceptilationem tamen facere, seu acceptum ferre non possunt, l. ex persona iusiurandum. 13. §. tutor. 10. ff. h. tit. et in specie tutorum, et curatorum maxima auctoritate variant, et dissentiunt interpretes in reddenda vera ratione, cur si licet negeant tutores, et curatores acceptum facere, quod pupillis, aut furiosis debetur, cum tamen illud accipiendo debitores ipso iure liberent, quia quasi Domini reputantur; Barth. ad dictam l. 13. in dicto §. tutores. 10. hoc ideo illis prohibitum existimavit, ne scilicet multiplex concurrat fictio (quod si potest semper vitandum est) nempe et quod solutio imaginaria, qualis est acceptilatio tollat obligationem, et quod tutor et curator censeantur quasi Domini, cum revera Domini non sint, haec tamen Bartholi ratio, et pluribus improbatur, et tanto iuris consulto aliena est: quoniam si utraque fictio ut omnibus manifeste constat, communiter recepta est, illis quare negret impedire, tutores,

vel

vel curatores acceptum ferre neque acceptilationem ab eis factam posse . . . de inde et eo solo evidenter falsa cum cum, quia non est in solons, . . . durat fictio ad actum Pupilli expediendum, quoties non aliter, a tutore peragi potest ut contingit in hereditate infanti Pupillo relicta, . . . additio, quoniam aliter celebrari non poterat, fit ab ipso tutore, . . . cum interveniente fictione, videlicet, et quasi loco heredis, et qui Pupillus . . . proprium addijsse censeatur. lege si infanti . 18. C. de iur. delib. . . . qua videndi est repetentes, et Cujac. lib. 4. quaest. Africani ad leg. Pupill . . . lum 49. ff. de acqr. hered.

Aliam rationem constituit Donel. de lib. 16. . . .

§. 3

Redditur ratio superioris asserti et reprobatur.

21. . . . proinde videlicet tutores, et curatores pecuniam pupil . . . lis debitam accipiendo, ipso iure debitores liberare, quia rem accipiunt, quam in Pupilli utilitatem convertunt. atque ita rem illis bene, et utiliter gerunt, et administrant, cum nequeant melius obligationem tractare, quam illius fructum consequendo; at vero si acceptum ferant, nihil accipiunt, quod in Pupilli utilitatem, furiosi, vel minoris convertant. quare non bene rem gerunt, et administrant, sed imo evidenter perdunt, ut de eo qui donat, responsum est in leg. filius fam. 7. ff. de Donation. optima quidem ratione illis permissum est, debitores ipso iure liberare, per receptionem debiti, non vero per acceptilationem. deinde quia magna illa tutorum autoritas, ut plenis . . . tum dicit ad providentiam Pupillarem, et . . . optinet cum tutores recte et utiliter administrant, non vero quando Pupillos spoliant. leg. cum fundum 7. §. quod tutor. 3. ff. de emptore . leg. tutor. 22. ff. de admin. tutor. si tutores acceptum facientes, rem Pupilli perderent, illumque spoliarent: quia eorum potestas, et autoritas usque ad acceptilationis metas non extenditur, et consequenti potestate et autoritate deficientibus acceptilatio ab illis facta merito irritatur, et inutilis declaratur. leg. . . . 46. §. ult. ff. de adm. tutor. leg. 1. §. 1. ff. de tutele et rationibus distrahen . . . leg. ceterum . . . Donel. quamvis speciosa, nec perpetua, nec vera . . . est, quoniam si obligare precise rationes, tutoribus et curatoribus, acceptilatio prohibita est, quia acceptum ferentes non bene gerunt imo perdunt, et spoliant. . . . et absolute acceptilatio ab eis facta inutilis esset, at si nocent Pupilli obligationem, acceptilatio postea facta utilis est, de leg. . . . Iurandum . 13. §. tutor. 10. h. tit. et . . . par omnino, et . . . eadem ratio in hoc casu cessat, ut cum Iudicio adversit . . . ad Donel. de cap. 11. lit. f. neque quod recipi ratio ab eo proposita,

sed.

4. Affert vera rão, et diuingit aliam dependa.

sd altera quærendæ.

At ego, et alijs omissis, vera et genuina rão, ob quã nequeunt tutores et Curatores acceptũ facere, qd Pupillis, vel furiosis is debetr, est, qd dimanat fonte nempe, qa acceptilao e actus legitimus lg. actus legitimi. 77. ff. de R. J. et actũ legitimũ nemo alieno nomi ne exercere pot, ut pbat tx in lg. nemo alieno. 123. d. R. J. sda interpretaos Cujac. et Pri Fab. qq asentit Brison. lib. 2. dto lution. Paulo pat prius let eg regg aliter capiat ibi dg gotofre. itaq nemo p alius adoptare pot. lg. pat mortẽ. 25. §. ult. ff. de adoptionib, neqs manumitere, lg. nec mulierẽ. 3. C. de vindicta libert. neqs hereditẽ adire. lg. p curatorẽ. 90. ff. de adquirenda hered, et hæc e vera rão, cur p tutorẽ hereditas Pupilo n acquiratr, sd ipsemet, nisi fandi impotens sit, tutore autore adire debeat, lg. morẽ. 9. ff. de acqr. hered. lg. potuit. 5. lg. si infanti. 18. C. de jure deliberandi. nec rursus quemlibet aliũ actũ legitimũ peragere valet, cũqs inter actus legitimos acceptilao numeretr, unqs excidit sit, requit expediri, seu celebrari p tutores, vel curatores, ideoqs nec acceptũ facere, nec rogare, qd pupillo debetr, vel qd ipse Pupillus debet, tutor pot, sd eo autore Pupillus acceptũ ferre, vel rogare debet, de lg. et p bus Jurandus. 13. §. tutor. 10. ff. h. tit. ob quã ej rãos, nec jussu dni, servus acceptũ facere pot. lg. si servus. 22. ff. h. tit. docent Brison. lib. 2. de solution. in princ. Cujac. lib. 5. obs. cap. 36. et lib. 15. cap. 16. et lib. 28. qq Papi. in lg. actus legitimi. 77. de R. J. Oltu ald. de lib. 16. Donel. cap. 21. lit. f. et Bacov. in notis ad Vesembeg. in paratl. adh. tit. n. 8. et Heutlerus. volum. ult. disp. 29. thesi. 4. q. 43. ubi Bacov. ibi. Alios rãos, let n æque vera, et subtiles, certe n indignas scribent Richard. hic n. 11. et Pri Greg. lib. 21. sintag. m. cap. 19. n. 7. et Vuesembe. in paratl. adh. tit. n. 3. aserentes, ideo tutores et Curatores, neqs acceptũ facere nec rogare posse, qa cũ acceptilao sit modus dissoluendæ stipulationis, eisdeqs solemnitatibus celebretr, qqs stipulao efficitr, quemadmodũ nemo stipulando alteri pot adquirere, lg. stipulao. 38. §. alteri. 17. ff. de V. O. ita nec acceptilando, sd tn admitti negat, qa si vera eet, posset servus jussu dni acceptũ facere, qd volenti eo, promitere valet. lg.

servus.

Serv. 13. cum seqq. ff. de fideiussoribus; id hoc illi prohibitio est a leg. pon. ff. h. tit. quae in lege, id neque ablata ratio amplectenda est.

5 novatione facta posse tutores, et curat. eius acceptum facere, vel rogare ad d. leg. 13 d. §. tutor 10.

Ceterum quia cum nire plenam qua poterat et pupillus adsit vel ob aliam causam accepto ferendi non habeat facultatem, interest tamen eius commode obligationem tolli, vel solui remedium I.C. quorum in cavendo munus consistit, ut docet Cicero de orator. et in topicis invenerunt, quo salva legum authoritate pupilli commodo prospici posset. interposita igitur novatione oblique tutoribus concedunt, ad eius directo prohibitum erat, et hoc tutoribus consilium praebent, ut si debitores pupillares acceptilatione liberari vellint, novandi animo ab eis stipulentur, quod pupillo debeant, et sic transfusam in se obligationem virtute novationis, quae citra pupillorum fraudem tutoribus permissa est leg. novare 20 §. 1. ff. de novat. ubi Cuiac. lib. 72 Pauli ad edictum, accepto ferant. Et e converso si pupillum a creditoribus liberare vellint, eius obligationem in se novatione facta suscipiant, et mox illi a creditoribus accepto ferant. Ita perfecto ad acceptilationem novatione oblique pervenient, translatam quippe in suam personam obligationem suo nomine acceptam rogabunt, vel ferent. Si autem quaeras, cur post novationem extinguere tutores possint obligationem, quam antea tollere non poterant? hoc optima iuris ratione procedere reor, videlicet quia ante novationem actio et obligatio pupilli erat, post novationem vero coepit esse tutorum. Unde licet nequeant tutores actum legitimum acceptilationis seu quemlibet alium pupilli nomine celebrare, ut n. anti fundavimus, illos tamen suo nomine recte peragere posse docent Brison. d. lib. 2 de solut. post princ. Donell. d. lib. 16 cap. 21. vers. praeterea et Vacchi. in notis ad Vvesenbech. in paratitl. ff. ad h. tit. n. 3.

6 idem observat in procuratoribus ad d. §. si tutor 10.

Haec omnia quae in tutoribus, et curatoribus observari diximus, eadem ratione in procuratoribus obtinent. Procuratores namque sive specialiter, sive generaliter omnium bonorum, sine cum libera administratione constituti ad similitudinem tutorum, et curatorum actum legitimum acceptilationis expedire, seu celebrare nequeunt d. leg. et per iusiurandum 13 ind. §. tutor 10. ff. h. tit. nisi novatione interposita obligationem in se transfundant, quippe in hoc casu ad instar tutorum et curatorum acceptum ferre, et rogare possunt d. §. tutor 10: hoc tamen inter ipsos procuratores discrimine habito, scilicet, quod procuratores omnium bonorum seu quibus universa et libera rerum administratio commissa est, novatione facta acceptum facere, et rogare absque dubio possunt, eo quod virtute universalis et liberae administrationis iure novandi potiuntur leg. novare 20 §. 1 ff. de novat. leg. si ab. tutit 4 Cod. eodem tit. alij vero procuratores nec interposita novatione acceptum ferre, vel rogare valent, nisi speciale mandatum ad novationem faciendam a domini habeant leg. procuratorem 3. ff. h. tit. docent Cuiac. d. lib. 15 observat. cap. 10 et lib. 5. cap. 36 et lib. 28 quaest. Papin. ad leg. actus legitimi 77 de reg. iur. post medium Donel. d. lib. 16 comment. cap. 21 vers. praeterea ubi Osuald. lit. E. et Vacchi in notis ad Vvesenbech. in paratl. ff. ad h. tit. n. 3 Iunius ad Treutlerum volum. III. disp. 29

de

de modis tolend. oblig. Thes. 4 quæst. 13 ad finem et quæst. 14 et ibi Jacob. in notis lit. B.

Nec huic verissimæ doctrinæ obest text. difficilis in d. leg. procuratorem 3 ff. h. tit.

7 opponit et exponit que text in leg. 3. ff. h. tit.

ex cuius verbis colligi expresse videtur, licere procuratoribus solo mandato interveniente, et seclusa novatione acceptum facere, vel rogare. Etenim omissis Brisson. lib. 2 de solut. paulo post princ. et Othom. illustr. quæst. quæst. 34 asserentibus etiam mandato interveniente acceptum ferre, vel rogare procuratoribus denegatum esse, et autumantibus illa verba d. leg. 3. *sine mandato*, irrepsisse ex glossemate alicuius imperiti interpretis; itaque ut spuria in perpetuum releganda esse: aut sic corrigenda *sine mandato*, idest, *sine novatione*, et sic bene verum esse non posse procuratorem solo mandato interveniente actum legitimum acceptilationis celebrare: verum hoc non obstante emendationem d. leg. 3 patienter ferre non valemus, quoniam illa verba *sine mandato* non ad acceptilationem (ut properanter existimabant Brisson. et Othom.) sed ad novationem referri debent: proinde quidem novatio, licet nulla illius ibi mentio fiat, supponi debet, ne decisio Pauli ad verbum intellecta Ulp. decisioni in d. leg. 13 §. fetor 10. d.a rin lit. et prisis iuris manifeste repugnet; ut sit sensus, quod procuratorem nec liberare quemquam nec liberari acceptilatione posse sine mandato ad novationem prius faciendam interposito: hoc est, non posse procuratorem, quod cuique debet acceptum facere, vel, quod sibi debet acceptum rogare nisi virtute mandati vel generalis, id est universalis omnium bonorum, vel liberæ verum administratio ei commissa est, vel specialis, si aliis sit distinctus procurator novatione prius facta obligationem in se transferat. ut optime et cum magno iudicio intelligunt et exponunt d. leg. 3 Cuiac. Duaren. Donel. et Jacob. in locis nuper et in fine proximi superioris num. relatis. Nec tandem [illegible] officit illa regula, quæ deducit vulgo ex leg. si ita 58 ff. de solut. videlicet quod fit a procuratore perinde fieri, ac si ab ipso domino factum esset; et alia, quæ deprompta ex leg. Creditor 60. §. ult. ff. mandat. scilicet quod procurator cum libera administratione idem facere potest quod ipsi domino permittitur; nam fit quod quod prædictæ regulæ non sunt ita generaliter accipiendæ ut vulgus existimat, ut bene docent Cuiac. lib. 71 Pauli ad edict. in leg. procurator 68 ff. de procurat. et lib. 6 different. Modest. in leg. procurator 63 eodem tit. et lib. 1. respon. Scævolæ in d. leg. Creditor 60. §. ult. et in eis Anton. Faber in rati. Actus legitimi, qualis est acceptilatio, aliumque expediri seu celebrari nequeunt adte d. leg. actus legitimi 77 de reg. iur. ubi notant omnes repetentes. licet ergo procurator voluntate domini utatur, eademque authoritate frui intelligatur, quæ tamen dominus non actum legitimum acceptilationis celebrare nequit.

8 de promissoria accepto ferri potest explicantur plures text.

Quod in creditoribus obtinere diximus, id in debitoribus perfecto placet, ut quemadmodum nemo debitorem acceptilatione liberare potest, nisi creditor; ita nullus, nisi debitor ipse per se liberari valet: alius namque acceptum rogando liberationem debitori acquirere nequit. Actus enim legitimus acceptilationis inter ipsos creditorem et debitorem peragi debet, nec alieno ministerio ut supra diximus expediri potest. itaque ut liberatio contingat ipsimet debitori vel heredi eius debet accepto ferri leg. et per iusiurandum 15 §. penult. ff. h. tit.; pupillo etiam debitori acceptilatio sine tutoris authoritate facta prodest leg. pupillum 2 ff. h. tit. nam licet nequeat pupillus sine tutore acceptum facere leg. 4 cod. h. tit. liberari per acceptilationem

Nam optime

quia optime sine tutore valet, q. sine illo meliorem suam conditionem, absque dubio facere potest leg. pupillus 28 ff. de pactis princ. inst. de author. tutor. Deinde uni ex pluribus reis debendi accepto ferri potest, et acceptilatio ei facta omnibus correis proficit; nam quemadmodum unus ex reis stipulandi accepto ferendo, ceteri correi conficit, q. cum in unoquoque solida residat obligatio leg. 12 ff. de duob. reis, solida respectu omnium per acceptilationem extinguit d. leg. 13 §. ult. ff. h. tit. leg. sive 31 §. 1. ff. de novat. ita similiter ex acceptilatione uni facta, omnes liberantur, q. cum omnes solidum debeant d. leg. 2 de duob. reis, in solidum debet omnibus contingere liberatio, non quoniam omnibus accepto latum est. sed quoniam soluisse is videtur, qui acceptilatione liberatus est leg. si ex pluribus 16 ff. h. tit. Hec tamen vera sunt, si omnes correi acceptilationis capaces sint, quoniam si incapaci facta sit acceptilatio, nec ei, nec ceteris prodest leg. si sponsus 5 §. 1. ff. de donat. int. vir. vel licet capaci facta sit, si tamen respectu ceterorum intrinsecum vitium includit acceptilatio, capax tantum liberabitur, ceteri vero obstricti remanebunt d. §. 1. Diversum porro observatur si vitium non includat acceptilatio, quippe licet ceteri correi acquisitionis sint incapaces, propter illum tamen, qui capax est, omnes liberantur, et in solidum contingit liberatio leg. si is qui duos 29 ff. de liberat. legata de quo videndi sunt Don Martin. Larreat. lib. 8 selectar. cap. 4 et Heringius de fidejussorib. cap. 27 parte 2 n. 61 docent Brison. lib. 2 de solut. post princ. Donel. lib. 16 cap. 21 vers. de incredibilibus et P. Gregor. lib. 21 sintagmat. iur. cap. 19. n. 9.

9 Redditur differentia inter liberationem pacti et acceptilationis et exponuntur aliqui textus.

Quamobrem si ex duobus reis debendi alteri tantum, quis consulere vellit, non acceptilatione, sed pacto eum liberare debet leg. liberationem 3 §. nunc de effectu 5 ff. de liber. legat. etenim pactum personale, illi tantum prodest, cui factum est, ad alios quem personam non extendit leg. idem 25 §. 1 leg. si unus 27 §. pacta 4 vers. ult. ff. de pactis, quia vero pactum in rem, seu reale omnibus quorum interest proficiat leg. et heredi 21. §. ult. cum quat. sequent. leg. quod dictum 32 ff. eodem; Acceptilatio vero cum sit solutio, ut docet hic Iust. et Ulp. in leg. penult. ff. de solut. et in leg. 1. ff. h. tit. et sic exemplo solutionis liberare soleat leg. inde 5 ff. h. tit. totam obligationem extinguit, et omnes liberat d. leg. 3. §. nunc de effectu 5. Sed hec ita vera sunt, si uni ex his, qui eiusdem obligationis vinculo in solidum adstringuntur accepto ferat, ut in duobus reis contingere diximus, nam cum solida adversus unumquemque contrahentem spectat obligatio, solida quoque debet singulis contingere liberatio. Ceterum si homini promissor plures heredes reliquerit, q. singuli partes tantum debent, licet partium solutione non liberentur leg. stipulationum 2 §. si tamen 3 leg. in executione 85 §. pro parte 4 ff. de verb. oblig.; ideo si uni accepto latum sit, ceteri non liberantur, sed sua duntaxat parte exonerat ille, qui acceptum rogaverit d. leg. 2 §. si tamen 3 leg. videtur si 11 §. 1. ff. h. tit. etenim alia acceptilationis, alia solutionis causa est, quoniam que pro solutionem vitiat ratio, eadem acceptilationem partis impedire nequit ut recuenti asp. ostendemus. Verum si fidejussori acceptum fiat, reo etiam contingit liberatio leg. si ex pluribus 16 §. 1. ff. h. tit. leg. ult. in princ. ff. quem in fraud. cred., quia vis re sit obligatus, non verbis leg. quod iusiurandum 13 §. si fidejussori 7. ff. h. tit. de his tamen latius cap. sequent. videndi sunt Brison. lib. 2. de solut. fol. mihi 160 P. Gregor. lib. 21. syntag. cap. 19. n. 8 et 9 [illegible] 16 [illegible] cap. 21 vers. de incredibilibus Don Martinus Larreategi lib. 8. selectar. cap. 2 et noster Richard. de vir-

de officio iudicis cap. 9. n. 114 cum sequentibus.

10 qui in aliena sunt potestate acceptum rogare possunt explicant ibi § 5. leg. 8 et lex 11. ff. h. tit.

Plane qui in aliena sunt potestate illis, quorum iure subsunt acceptum rogando liberati-
onem acquirunt ea ratione, qua caetera omnia virtute patriae et dominicae potestatis his quaerunt. Unde si filius
familias quod pater debet acceptum rogaverit patrem ipso iure liberat, et pariter si quod ipsemet debet
acceptum roget, patrem actione de peculio obligatum liberabit leg. an inutiliter 8 § ult. leg. species
11 ff. h. tit. quia in hoc ultimo casu pater acceptum rogans, nec se, nec filium familias liberare potest
d. leg. 8 § ult. cum neque filio possit liberationem acquirere leg. quod dicitur 130. ff. de verb. oblig. § ei vero
5. inst. de inutil. stipul., neque sibi, quia verbis obligatus non erat, ut optime docent Brisson. lib. 2
de solut. pag. mihi 160. in princ. Larreat. lib. 8 select. cap. 1. n. 2 et Donel. lib. 16 comment. cap. 21
vers. non tamen. Similiter servus acceptum rogando domino suo liberationem quaerit, nec interest ser-
vus sit totius debitoris, an communis cum aliis, nam servus communis quemadmodum uni ex dominis nominatim stipu-
lando, soli ei acquirit leg. servus 5. ff. de stipul. servor. ita uni ex dominis acceptum rogando eum in
solidum ab obligatione liberat d. leg. an inutiliter 8 § 1. ff. h. tit. et eo magis quod non servus com-
munem ex dominis acceptum rogando ab altero liberare dispiciuntur, et sublata per eundem servum obliga-
tione d. leg. 8. § 2 pariter mitto servum bona fide possessum, vel qui in usu, vel usufructu habetur
acceptum rogans bonae fidei possessori, usuario vel usufructuario liberationem acquirit quia ex re
illorum videtur quaerere leg. species 11. ff. h. tit.

11 Contra superiorem doctrinam duo obiiciuntur argumenta

Caeterum adversus ea, quae numeris praecedentibus dicebamus, scilicet solos debitores,
vel filios, aut servos in illorum potestate existentes utiliter acceptum rogare posse, et hoc extraneo
denegatum esse duplex et tractu perfecto insurgit difficultas. 1.a est unumquemque pro debitore solvendo posse
eum invitum, et ignorantem ab obligatione liberare leg. solutione 23 leg. solvere 53 ff. de solut.
quod idem quemlibet novatione facere posse constat dum invito debitore idem creditori novandi animo
promittit leg. si debitor 91. ff. de solut. leg. si Stichum 8 § ult. in fine ff. de novat. cur ergo idem
cuilibet acceptilatione non debet permitti, cum acceptilatio sit solutio hoc. nr. 8 leg. in diem 5 ff. h. tit.
tit. et vel eo principe, quoniam alterius conditionem etiam inviti et ignorantis meliorem facere cuilibet
licitum est leg. solvendo 39 ff. de negot. gest. d. leg. solutione 23. ff. de solut. 2.a difficultas longe ur-
gentior, et ob id forte ab interpretibus alto silentio omissa, cur scilicet liceat servis acceptum
rogando dominos ab obligatione liberare, cum nec illorum iussu acceptum ferre possint leg. penult.
ff. h. tit. verum his difficultatibus pro temporis angustia breviter satisfaciemus. et 1.o venimus non obstare
regulam deductam ex d. leg. solutione 23. cum aliis ff. de solut. quia maximum adest discrimen inter
acquisitionem naturalem, qualis est vera solutio, vel novatio in qua quoniam volenti creditori nova actio quaeritur,
ei solvi videtur, quoniam aliud pro alio volenti creditori recte solvitur leg. manifesti 17 cum vulgatis
Cod. de solut. et inter civilem acquisitionem, qualis est acceptilatio, quoniam illa per quemlibet fieri potest,
haec vero per eos tantum, qui in nostra potestate sunt leg. cum 53 ff. de acquir. rer. dom. leg. 1. Cod. per quas pers.
nob. acquir. § ex his 4. inst. eodem, nec tunc obest alia regula d. leg. solvendo 39 ff. de negot. gest.

quippe

quipè, licet cuilibet alterius conditionem etiam inuiti et ignorantis meliorem facere concedat, hoc tamen ita debet intelligi, si eo facto nemo lędat, sed maximè læderet creditor, si quod ei debet alter acceptum rogare posset, quia actionem amitteret: quo pro dicta regula in acceptilatione locum non habet. docet Donel. lib. 16 comment. cap. 21. vers. quod in creditoribus et ad leg. stipulatio ista 38 §. alteri 17 ff. de verb. oblig. n. 6.

12 dissoluunt dubia superiora.

Sed huic sententię Donelli, quod exemplo stipulationis confirmat, cuius acquisitio eo quod ciuiliter per solos filios, vel seruos in potestate existentes, celebrari potest, non vero per extraneam personam con. leg. eo quod ciuiliter 53 ff. de acquir. rer. dom.; aliam peculiarem magis, et longè elegantiorem addo rationem, ideò videlicet extraneam personam acceptum rogando debitorem liberare non posse, quia cum acceptilatio sit actus legitimus inter ipsos creditores et debitores celebrari debet, inter alios vero peragi non valet leg. actus 77 de reg. iur. iunctis, quæ supra n. 4 dicebamus. Sed nunc grauiter obstat contraria diffic., quoniam si acceptilatio ob id quod prisè, quia est actus legitimus per extraneam personam celebrari non posset, necessariam per filium familias, vel seruum peragi valeret, quia filius familias et seruus, respectu paternę et dominicę obligationis extraneę personę sunt, et idcirco fortè, quod patri, vel domino debet, neque illorum iussu acceptum facere possunt leg. pen. ff. h. tit. Attamen non obstante filium familias et seruum quod pater vel dominus debet, acceptum rogare posse leg. an inutilis 8 leg. species 11. cum suis §§. ff. h. tit. quo si filijs familias et seruis acceptum rogare permittitur, et alijs quod cumque idem concedendum videtur. Hic tamen dubio facilè respondemus, extraneam personam acceptum rogando nihil agere, quia actus legitimus acceptilationis per alium expediri non potest, sed filium familias et seruum acceptum rogantes patri, vel domino liberationem acquirere, quia respectu acquisitionis non extranea, imo una eademque persona cum patre et domino esse censentur leg. stipulatio 38 §. si quis 6 § alteri 17 leg. quodcumque 45 ff. de verb. oblig. §. si quis alij 4 §. eius 5 §. post mortem 13 inst. de inutil. stip.

13 instat solutio et magis fundat et exprimit.

Nec his oberit dicere, quod si hęc vera essent liceret etiam filijs familias et seruis acceptum facere, quod patri vel domino debet, quod tamen illis prohibitum esse constat ex d. leg. penult. ff. h. tit. etenim consistendo est differentia inter acceptum facere et rogare, illud quippè est perdere, hoc vero acquirere, unde hoc filijs familias et seruis permittitur, quoniam respectu acquisitionis solius patris et domini personam inspicit, quia filius familias unicam rationem identitatis cum patre personam constituit, et serui persona ad potentiam nulla non attenditur ut constat ex nuper allatis iuribus et ex leg. placet 79 ff. de acquir. hered. leg. 1. ff. si à parent. quis man. fuer. leg. etiam inuitus 32 ff. de acquir. rer. dom. leg. seruus vetante 62 de verb. oblig. illud vero prohibet, quia pro dicta unio et identitas personarum cessat, quo patris vel domini conditio deterior redditur leg. melior 133 de reg. iur. leg. filius familias 7 ff. de donat. leg. licet 3 §. si filius familias 5 ff. de peculio leg. quia 28 §. ult. ff. de pactis leg. 1 §. 1. ff. quæ res pignor. leg. hęc ratio 3 §. si seruus 8. ff. de donat. int. et adeò verum, ut neque iussu patris, vel domini acceptum facere possint con. leg. penult. ff. h. tit. quamuis iussu interueniente possint alios actus legitimos peragere, ut patet in additione hereditatis leg. qui in aliena 6. leg. si quis 25 §. iussum 4 ff. de

acquir.

acquir. hered. et interuorem manumissione leg. filiusfam. 18 ff. de iur. patron. leg. si dissentiente 10 ff. de acq. hered. 22 ff. de manumi. et Ob dictu celebrare § 1. infra ini. adeo eorum dictu tot. tit. ff. pro iure.

14 Filius sit satis instantis et vere evincit solutio.

Cronia filius familias et servus acceptilationem facientes, quod patri vel domino debet, eos ab actione sibi competente privarent, hac proinde illorum patrimonium perderent, et spoliarent, eorumque conditionem manifeste deteriorem redderent. ad quod perfecto nec omnino, aut identitate personarum existit, nec in patri vel domini favorem introducta, in illorum odium retorqueat, nec edictum ad iura se porrigit, quia licet ad Obligationem dictu et obligationem pertineat, ad liberationes tamen non spectat leg. si dubitet 10. § ult. ff. de fideiussor. Contra vero acceptum rogando patris et domini conditionem meliorem efficiant, quippe liberationem eis acquirunt, quod similiter contingit patris voluntate manumittendo, quia manumissum libertatem patri efficit d. leg. 18. de iur. patron. leg. aliis itemque hereditatem adeundo, quia potest quod cum patre aditioni consilium celebrare debent patri et domino hereditatem quaerunt d. leg. placet 79 et tandem idem in dictu filius debet quia patris et domini conditio melior reddi potest ut patet. optime quod stat ut filius fam. et servus neque patri vel domini iussu acceptum facere possint, et quod cetera omnia peragere valeant, quia in illo casu seclusa patris et domini persona attendi nequivit, ipsi quod acceptilationem celebrare non potest, in istis vero patris et domini persona imputata omnia rite et recte aderunt. videndum est faber. et repetentes ad d. leg. melior 133 de reg. iur. Anton. faber. in rat. ad d. leg. d.^a 28 § ult. et ad leg. in persona 30 § 1. ff. de pactis Cuiac. lib. 28 quaest. Papin. ad leg. actus 77 de reg. iur. ultra medium Cuiac. et Donel. ad leg. servus vetante 62 de verb. oblig. et mer. valent. to. 3. illustr. tract. 2 de acquir. hered. par. 1. n. 7 cum tribus sequent.

Caput: 3um.

De Rebus quae in acceptilationem deduci possunt.

1 Res tantum debita in acceptilationem deduci possunt.

Non possunt omnes res in acceptilationem deduci, sed id tantum quod debetur acceptum duntaxat ferri, et rogari potest. Consentire enim cum obligatione liberatio debet, leg. nisi 14. ff. h. tit. Atque si aliud quam quod debetur accepto feratur, et rogetur, inutilis est acceptilatio. leg. et ipse per Suranum 13. § illud 2. et §. eum q. 5. ff. h. tit. itaque si aliud acceptum rogetur aliud vero acceptum fiat, vel contra imperfecta et irrita cuadet acceptilatio. Exempli si mihi acceptum roganti, quod tibi debeo, tu aliud acceptum tuleris, vel si mihi aliud roganti, quod tibi debeo acceptum feceris. leg. pluribus 6. infin. ff. h. tit. si enim vero si res debita post morem debitoris interierit, poterit absque dubio accepto ferri, leg. si servum 91. §. ult. ff. de V. O. neque licet extinctae rei praestatio impossibilis sit. § 4. dicta de inutil. stipul.

leg.

leg. si ita. 69. leg. liber hom. 103. ff. de V. O. perpetuata enim propter moram obligatione. de leg. si servus 91. §. sequitur 3. de V. O. leg. in re furtiva. 8. leg. ultima ff. de condict. furt. adhuc res ipsa perempta debetur, ac proinde acceptoferri potest, et in novationem deduci potest. de leg. si servus 91. §. ult. leg. promissor. 24. ff. de constit. pecunia, tametsi ius rei extinctum fuerit, propter impossibilitatem prestationis rei debite, ut in illis terminis resolvunt, de leg. in re furtiva. 8. leg. promissor. 23. ff. de constit. pecun. docent Brisson. lib. 2. de solution. ante medium. Donel. lib. 16. cap. 1. versic. res, quae et ibi Osuald. lit. E.

Aceptilatio pro parte fieri potest.

Ad aceptilationis enim effectionem non requiritur, totum debitum in eam deduci; nam pars debiti et obligationis acceptoferri potest, quia sicut pro parte solutione ita et aceptilatione pro parte liberatio contingit, leg. n.º §. in fine. supra par. 9. leg. et pro parte iusiurandum. 13. §. illud. 2. ff. h. tit.º nec interest, pecunia numerata, an certum corpus debeatur, leg. sed et si 10. ff. h. tit. nam corpora et partis prestationem admittunt. leg. 2. §. 1. ff. de V. O. leg. stipulatus. 9. §. 1. ff. de solution. de quo consulendus est ner Valentia, lib. 2. tract. 4. de dividuis et individuis. cap. 3. cum sequentibus. unde creditores qui decem debent, possunt quinque acceptoferre, de leg. parr. 9. item si decem aureos stipulatus est, si quinque acceptoferat, pro parte stipulationis diminuit. leg. hoc. 41. ff. h. tit.º similiter si hominis promissor, pluribus relictis heredibus decesserit, et uni ex his acceptum latum sit, pars duntaxat ceterorum obligatione superest, quemadmodum si cum uno ex promissoris heredibus stipulator egerit, et superatus sit, nam tunc pro parte illius, qui absolutus est, contingit liberatio et aliorum cohaeredum partes tamen in obligatione remanent leg. 2. §. item. 5. ff. de V. O. leg. sed si. 10. in fine ff. h. tit.º nec obstat in his casibus ex solutione partis liberationem non produci: etenim maximum adest discrimen inter partis solutionem, et aceptilationem partis; quoniam solutio partis ideo liberationem non parit, ne scilicet unius obligationis solutio diversis rebus, seu in diversarum rerum partibus celebretur contra naturam obligationis, et contra mentem volentis. leg. 2. §. 1. leg. in executione. 85. §. pro parte. 4. ff. de V. O. leg. si non sortem 26. §. si decem. 12. ff. de condict. indebiti; at vero in aceptilatione partis, cum nulla pars accipiat creditor, sed acceptoferat, seu remittat, partem postea creditori soluta, nequit solutio in diversis speciebus dici facta, cum nulla pars a creditore antea acepta fuerit: cessante ergo prohibitionis ratione, optime valida asseritur aceptilatio partis, docent ner Valent. de lib. 2. tract. 4. cap. 5. n. 30. et 31. Brisson. lib. 1. de solution. pag.

Omnium

num. 161. in fin. Donel. lib. 16. cap. 21. versic. res. et ad d. l. 2. §. 1. 2. et 3. ad d. l. 85. §. pen. ff. de V. O. in qq. Cujac. et Duaren. cont. Fab. in ration. ad d. l. si non sortem in d. §. dece. Richard. de officio judicis cap. 9. n. 114. et seqq.

3.

[illegible] a sertis de expenso in l. 13. §. 1. 2. et 3. h. tt.

Deniqꝫ vero si res in acceptilationem deducta sui natura divisionem non recipiat, acceptilatio pro parte inutilis erit, ut puta, si servitus prædii rustici vel urbani pro parte accepto feratur, l. et per jusjurandum 13. §. 1. ff. h. tt. quia ea ratione nec pro parte in obligationem deduci, nec pro parte solvi servitus potest l. viam 17. ff. de servit. urban. plane usufructus, quia divisionem admittit, l. usufructus 5. l. similiter 49. ff. de usufructu. l. 1. §. si usus fructus 9. l. usufructus 81. ff. ad l. falcid. in partem recte accepto ferri potest, quoniam manere potest reciduus pro parte usufructus d. l. et per jusjurandum 13. §. 1. ex usufructu quoqꝫ usus accepto ferri valet, non tamen quasi debitus per se, nec ab usufructu separatus, quia tunc quasi rei in debitis nulla est acceptilatio, nec usus ille, qui una cum usufructu producitur, vel neque at ab illo separari, l. usus 14. §. 1. ff. de usu et habit. ille tamen qui in usufructu quasi continetur, tanquam ipsius pars quædam integralis, sine quo tamen servitus fructus, licet non usus fructus, constitui, et conservari potest, d. l. per servum 14. §. ult. de usu et hab. l. huic. 5. §. 1. ff. usufructus quemadmodum caveat. l. si alii 42. ff. de usufructu, quia cum ab eo tali usufructu consistere valeat, acceptilatio, ut potest de re divisibili facta, efficax est, et ita sic intelligendus in d. l. per jusjurandum 13. §. sicut usufructus 3. iuncto Anton. Fab. in rat. ad d. l. 14. §. 1. ff. de usu et habit. Sin autem fundus stipulatus usufructus, aut usus accepto fecerit, inutilis erit acceptilatio, quia hæ qualitates, vel jura sunt, non pro fundi, d. l. 13. §. illud 2. l. meum 66. §. pen. ff. de leg. 2. l. si a reo 10. §. si reo 2. ff. de fidejussoribus. l. veteri 25. ff. de V. O. et obid, qui stipulam de fundo, spoponderit usufructu postea soluto non liberatur l. si ita sti-pulatus 126. §. 1. ff. de V. O. ad et quia viæ stipulatus, iter et, vel actus accepto tulit, nihil agit. dicta l. et per jusjurandum §. 1. in fin. etenim lecet quasi separatæ servitutes in se videantur, l. si tam angusti 13. ff. de servit. l. 1. ff. de servit. rust. præd., quia tamen via est individua, nec iter, vel actus tanquam pars illius accepto ferri, vel adimi potest, d. l. 13. §. 1. h. tt. l. 1. ff. de adim. legat. item qui fundus stipulatus est doli clausulæ accepto ferri non valet, d. l. 13. §. eum q. 5. non quod dolus, non omnium pacto remitti nequeat, ut volebat Alciat. quoniam hoc ad propositi quæstionem nihil attinet, sed quoniam doli clausula, pars debiti non est

est. doli v. clausula nisi appellant extremo stipulaõe et que dolum malum abee stipulamur de qua in leg. doli 119. de V. O. leg. nouissa. 19. ff. iudicatum solui. docent Brisson lib. 2. de solut. ante medium, Donel. lib. 16. cap. 21. versic. res, quae; Cujac. lib. 13. obs. cap. 12. Ant. fab. ubi sup. et ver Valenz. lib. 2. illustr. tract. 4. de diuiduis et in diuiduis cap. ult. ex n. 34.

4.
Aceptilao uniq rei in generica e alternatiua obligatione totam obligaoem extinguit; alius vero in pacto ex exposit. leg. 27. §. 6. et tit. ff. de pactis. et legis 13. §. 4. h. tit.

Aliud autem in illud stipulatum altero acepto lato, totam obligaoem extinguit, quam adimus si de altero non petendo pactum conti, in totum ei obstanda est exceptio, leg. si unus 27. §. si stipulatus 6. ff. de pactis, quoniam et altero soluto tota absque dubio tolleretur obligao. leg. si duo. 128. ubi com. notant. ff. de V. O. et solutionis actum est, ut alterum peti posit, veluti si pasiscatur, ne decem, sed sthicum prestet, efficax remet obligao, ut sthicum, idem quod peti poterit de §. sed si stipulatus. 6. idem quod erit, si de sthico non petendo nominatim conuenerit, quia perinde est ac si conuenisset, ut sola decem petti possint, de §. sed si stipulatus 6. in fin. simile habetur in leg. si emptio. 4. ff. de rescin denda vendit. de qua Ant. fab. ibidem in rationali, et in rationali ad d. leg. si unus 27. in d. §. sed si stipulatus 6. idem effecto obseruandum in obligaoe generica, nam si quis hominem stipulatum sthicum acepto tulerit, tota extinguitur obligao, quia cum in iusto stipulatori promissor soluere possit, ideo acepto latum plenam liberationem parit, leg. et si post iurandum 13. §. si is qui hominem 4. ff. h. tit. verum in hac specie diuersum in pacto ius obtinet; etenim pactum de sthico non petendo totam obligaoem non consumit, quia licet sthici petitionem impediat, alium autem hominem petere non prohibet, et leg. si unus 27. §. sed si generaliter 7. ff. de pactis

5
asserit ex sententia Cuiac. et Brison non dari differentiam int. pactum et acceptilationem in generica et alternatiua obligatione, et illud distinctione explicant quidem iure.

Valde tamen laborant et discentiunt int. pites in reddenda differentiae ratione inter genericam et alternatiuam obligationem, et int. pactum et acceptilationem, cur videlicet in alternatiua obligatione de illo aut illo prestando, altero accepto lato, vel pacto interposito de altero non petendo tota extinguatur obligatio, cum tamen in generica obligatione post pactum de sticho non petendo respectu illius duntaxat obligationem consumat. et cur etiam in hoc ultimo casu differat pactum ab acceptilatione, quippe hac interueniente, sticho accepto lato plena obligatio tollitur. Cuiac. lib. 3. Pauli ad edictum ad dict. leg. si unus 27 in d. §. sed si stipulatus 6 ff. de pact. et in solemni recit. ad d. leg. 27 in d. §. 6, et in §. sed si generaliter 7. antiquum Interitum sequentur, et Brison. lib. 2 de solut. ad medium Cuiac. adherens nullum discrimen in re esse adeo putant int. genericam et alternatiuam obligationem, neque inter

pactum

pactum et acceptilationem, sed totam differentiam ex iure electionis dimanare existimant; itaque asserunt, quod sive obligatio sit generica, sive alternativa, et electio sit debitoris, quod ut in his obligationibus contingit regulariter leg. plerumque 10 § ult. ff. de iur. dot. leg. 2 § secunda ff. de eo quod certo loco leg. si in emptione 34 § penult. ff. de contrahend. empt. altera re accepto lata, sive pacto de altera non praestanda interposito, totam obligationem eque perimit, et extinguit, quia cum ratione electionis possit debitor, quamlibet rem etiam invito creditori solvere, nulla alia ex pacto, vel acceptilatione utilitas resultare posset, nisi diceremus quod profecto absurdum foret, pacto, vel acceptilatione in favorem debitoris interpositis, ius eligendi adimi, vel extenuari.

6 Prosequitur interpretatio Cuiac. et Brito. Si vero electio ad creditorem spectet, quod interdum contingit veluti si creditor ius eligendi sibi reservavit, et stipulatus est leg. Stichum 95 in principio ff. de solut. aut si illud, aut illud alternative, vel hominem generaliter quindicationem legatum sit leg. illud aut illud 25. ff. de option. legat. cum legato 37 ff. de legat. 1°. Altera re accepto lata, sive pacto de altera non praestanda interposito pro parte tantum numquam vero totam obligationem extingui, affirmant, ea ducti ratione, quia acceptilatio, et pactum utilitatem praestant, licet tota obligatio non perimat, quoniam respectu illius rei de minuta remanet electio creditoris unde consentit creditor totum ius eligendi remisisse, sed extenuasse tantum ut dicitur de illo qui, cum hominem generaliter legasset, Stichum postea ademit in leg. qui hominem ff. de adimendis legat. Quare Paulum in d. § sed si stipulatus 6. et Ulp. in d. § si quis hominem 4 asserentes in praedicta specie pacto et acceptilatione totam obligationem consumi, intelligunt in eo casu, quo electio debitori competebat, eundem vero Paulum in d. § sed si generaliter 7. affirmantem pacto de Sticho non praestando pro parte tantum obligationem extingui, de eo casu accipiunt, quo ad creditorem spectabat electio: quod ea ratione probant, quia in d. § 7. non dixit Paulus si hominem generaliter sim stipulatus, quemadmodum de disiunctiva obligatione loquens, in § 6. dixerat, sed si hominem generaliter mihi debeat, referens sic licet debitum ad causam legati vindicationis, vel ad stipulationem, ita tamen conceptam, ut electio ad creditorem spectet. Deinde ex multiplici repetitione verbi petere ex parte creditoris constat eius esse electionem, alias namque nihil de tractatu petere posset, sed disiunctive tantum, aut generaliter, ut patet, ita ut distinctio inter Ulp. et Paul. constat, tantum in diversis inter speciebus; non vero in decisionibus, profecto oppositum non sit.

7 redduntur alia interpretatio Ant. fabri, et Conan. ad praedict. text. Anton. Faber in ration. ad d. leg. si unus 27. in d. § sed si stipulatus 6. et in d. § sed si generaliter 7 et Fran. Conan. lib. 5 comment. cap. 4 n. ult. et lib. 6. cap. 2 n. 4. in principio praedictam Cuiac. et Briton. distinctionem inter electionem debitori competentem

ind

vel spectante ad Creditorem, n. ad mittunt eam rãe, q.a si in his casibus loqueret Paulus in d. § 6. et ñ distingueret, quomodo distraxit, an fuerit in obligatione stichus, aut Pamphilus, vterque alternatiue, an homo in genere: sed an electio fuerit debitoris, an Creditoris, de quo tamen nec verbum quidem, licet supposita tali distinctione int. ius obligandi Cuiac. et Bris. sententiam ꝯ impugnet Anton. Fab. et in eam expresse inclinet Conan. d. lib. 6. Cap. 2. n. 4. quare ipsi vt Paulum intelligant, et cum Vlp. conciliant d. § 2. distinguunt int. genericam et alternatiuam obligationem, et respectu illius int. pactum et acceptilationem. Asserunt enim, qd in alternatiua obligatione altera re accepto lata, siue pacto de altera ñ pstanda int. posito, tota obligatio extinguit ñ solum virtute acceptilationis, q.a e solutio (in quo oẽs conueniunt), sed etiam rigore pacti, nam pt qq qd eadem ẽ vis pacti iure exceptionis ad tollendam obligationem, q. e solutionis et acceptilationis ad illam ipso iure perimendam, qd in effectu nihil differt leg. nihil interest 112 de R. I. illa evidenti rãe debet totam obligationem consumere, quoniam alit pactum hoc de ñ petendo, qd patum e p debitore int. ponitur, eidem noceret, cui pe electionem, qm antea hebat, adimeret, qd grauius pfecto, et deterius foret. § si quis agens 33 vers. huic autem infra de action. secus vo in generica obligatione hoĩs, nam cum hge oẽs hoẽs ꝯphendat leg. meuius 66. § si duorum et § ñ idem 3 ff. de legat. 2 leg. qui decem 72 § stichum 4 ff. de solut. etiam pacto de sticho ñ petendo int. posito libera adhuc et diffusa nimis remanet electio debitori cum possit quemlibet alium pstare: q.o optime stat, qd ñ solida, sed p pte tantum stichi obligatio perimat. sed aliud porro obtinet sticho accepto lato, q.a cum acceptilatio solutio sit, vt constat ex nro § et ex leg. penul. ff. de solut. quemadmodum vera et reali stichi solutione tota obligatio tolleret, ita illius acceptilatione tantum vel in planum debet extingui.

§

annectit alia int. pstatio Osuald. et alia valentię ad pdicta iura.

Osuald. d. lib. 16. donell. cap. 21 lit. K distinctionem electionis traditam a Cuiac. et Brison int. genericam qm in alternatiua obligatione respectu pacti admittit, verum ad acceptilationem ptrahi ñ posse existimat, eo qd acceptilatio sit solutio et ut vera solutione stichi liberaret a ntroque, vt patet, ita eiusdem acceptilatione debet ei solidum contingere liberatio, ner Valentia lib. 2 illust. tract. 4 de diuid. et indiuid. Cap. 5 n. 8 cum 2 sequent. iunct n. 3 et 4, omissis Cuiac. et Brison. et Ant. Fabro, docet ideo in alternatiua obligatione pactum de altera re ñ petenda totam obligationem elidere, sicut eam extinguunt solutio, et acceptilatio § leg. si unus 27 § sed si stipulatus 6, q.a alternatiua obligatio cum expressis verbis vtramque rem ꝯphendat leg. illud aut illud 25 de verb. pecun. leg. cum hereditas 5 § vlt. ff. qui et a qq leg. qui hoĩm 32 ff. de

nouat.

nouation. utraq. quarum disiunctiuè promissarum ita efficit obligatio, ut quælibet integrè comprehendat, et in una quaque tota radicet d. leg. cum hæreditas 8. tit. quare si solum redebit rigore pacti ab obligatione eximi, quinimò tota obligatio in utraque re constituta et radicata submoueri debet. Ut eadem ratione similiter contingit, quod si in alternatiua obligatione damnatus sit hæres à testatore stichum non petere, à tota obligatione liberatio debitori legata uideatur leg. non solum 7. §. 1. ff. de liber. legat. Ceterum in generali obligatione homini ob id pactum de sticho non petendo totam obligationem non extinguere, sed illam dumtaxat speciem ab obligatione eximere d. §. sed si generaliter 7. quia generica obligatio licet omnes species, quæ sub illo genere cadunt comprehendat leg. cum incertus 13. ff. de legat. 1. leg. si obligatio 3. ff. qui et à quibus, singulas tamen species non ita afficit, ut unam quamque determinatè contineat, et in qualibet radicet leg. si à substituto 45. §. ult. ff. de legat. 1, quare quod servo generaliter legato repudiatio unius eadem ratione non valet leg. hoc 18 ff. de option. legat. et similiter ademptio unius speciei legatum generis non perimit, sed extenuat leg. qui hominem 11. ff. de adimend. legat. Sed in hac specie diuersum ius in acceptilatione obtinere affirmat ex d. leg. 13 §. si is qui hominem 4. ex eo, quod cum acceptilatio sit solutio leg. penult. ff. de solut. h. n. 8., sicut uera unius speciei solutione non minus generica, quam alternatiua obligatio tollatur, quoniam per solutionem certi corporis uaga illa continua, et generalis obligatio desinat in ea specie, quæ soluta est leg. mebius 66. §. duorum 1. et §. nidem 3. ff. de legat. 2, ita et per acceptilationem stichi, uel alterius speciei, alternatiua, et generalis obligatio extinguitur, neque in hac parte inter se differunt d. leg. 27 §. 6. de pactis, et d. leg. 13 §. 4. h. tit. et d. §. leg. non solum 7. §. 1. de liber. legat.

9

De fundit. inter pactum Cuiac. et Bris. et noua ratione illustrat.

His uero interpretationibus non insuper habitis Cuiac. tamen et Brison. sententiam licet non satis fundatam, nec illustratam, attamen longè veriorem, et propriis iuris plus consentaneam esse mihi facile persuadeo. Utraque autem, et pro distantia hæc, nam in generica, quam in alternatiua obligatione, si electio competat debitori æquè pacto, ac acceptilatione totam obligationem extinguí, et è conuerso, electione ad creditorem spectante, nam acceptilatione, quam pacto perfectè dumtaxat obligationem consumi. Procursus confirmatione, et illustratione breuiter obseruo, quod si pactum, uel acceptilatio obligationem ut unicum obiectum respiciant, adeam tanquam naturam et terminum propriè tractant, ideoque totam eam perimunt. at uero si præter obligationem aliud etiam obiectum intueantur, si ad obligationem ex parte non dirigunt, ad illud, ut potè extremum habile, tractant salua adhuc manente obligatione. Ex quo mirabilior apparet clara et propria ratio sententiæ Cuiac. et Brison. quod iubent amplectari; ideo scilicet nam in generica, quam in

alterna

alternativa obligatione electione debitori competente pacto et acceptilatione, totam obligationem tolli, quia cum pactum et acceptilatio Creditoris nequeant electionem respicere, quae non ad ipsum, sed ad debitorem pertinet, sed praecise obligationem tantum ut posse obiectum unicum ad illam necessario, ut integre tendant, ob idque eam prius extinguunt. Secus autem quando electio ad Creditorem spectat, quia tunc cum non solum obligationem, sed electionem quoque ut obiectum aspiciant, ad hanc tamquam extremum habile diriguntur, et tendunt, quoniam salva manente obligatione posse respectu illius effectum habere, quod in altera specie non contingit. Neque in hac parte discrimen admitto inter acceptilationem et pactum, nam quamvis acceptilatio sit solutio, et ut talis semper debeat ad exemplum verae solutionis totam obligationem perimere, ut constanti defendunt Ovald., Ant. Fab., et noster Valent., hoc me hercle verissimum iudico, quando acceptilatio refertur praecise ad obligationem, ceterum si ad electionem ut hic contingit tendit, licet eam extenuet, implicat meo iuditio, quod obligationem, ad quam non dirigitur, consumat. nec tandem aliae doctrinae positae ab Ant. Fab. et Valent. inter genericam et alternativam obligationem aliquid officere valent, quoniam si inter pactum et acceptilationem, quamvis in modo dissolvendi obligationis adsit discrimen, in effectu tamen, ut ipsimet fatentur nulla versatur differentia non capio, nec video, cur in generica obligatione Sticho acceptilato debeat tota obligatio extingui, et pacto de Sticho non petendo pro parte duntaxat consumi, cum tantus sit vigor pacti virtute exceptionis, quanta acceptilationi potestas ipso iure.

10 Nec hanc Cuiac. et Brisoni interpretationem, quam defendimus, et illustravimus turbare potest textus in lege et plus iurandum 13 §. si Stichum 6 ff. h. tit. nam licet ibi in alternativa obligatione de Sticho, aut decem praestandis, acceptilatio Stichi facta electione ad debitorem spectante, quod textus noster supponendum est, totam obligationem non perimat, sed pro parte tantum consumat, quippe Sticho mortuo decem peti posse. Hoc tamen ideo procedit, quoniam obligatio illa alternativa non pura sed conditionalis fuit, Stichus namque, aut decem sub conditione stipulata, et promissa fuerunt, et Stichus acceptolatus ante eventum conditionis decessit, atque ita prius quam deberetur mortuus fuit, unde, quia in eo numquam constitit obligatio, ideo illius acceptilatio inutilis, acceptilatio enim devanare totam obligationem tunc perimit, quando obligationem in illa radicatam, vel saltem existentem invenit; at vero obligationem, quae in ea specie numquam fuit, tollere, aut extinguere non potest. Nihil ergo mirum, quod in praedicta hypothesi inefficax sit acceptilatio Stichi sub conditione promissi, et ante eventum conditionis mortui, et in super quod postea existente conditione, decem peti possint, irrita iam acceptilatione

Quod textus exponit textus in leg. et plus iurandum 13 §. si Stichum 6 h. tit.

distributa docent nër valent. d. lib. 2 illust. tract. 4 de divid. et individ. cap. 5 n. 44 Brison. lib. 2 de solut. post medium Cuiac. lib. 5 Paul. ad edictum ad d. leg. si unus 27 §. sed si stipulatus 6 ff. de pactis et ibi Ant. faber in ratid.

11 Solum verborum obligationes per acceptilationem dissolvi posse.

Et enim quod acceptilatio verbis tantum celebrari possit et quidem solemnibus, ut constat ex h. n. §. 1 et ex leg. 1 Cod. h. tit. ob quod solemnis actus appellatur in leg. ult. Cod. que in fraud. cred. licet non possit latinis, sed graecis etiam, vel aliis quibuscumque leg. an inutilis 8 §. ult. ff. h. tit. atque leg. 1 §. fin. ff. de verb. oblig. quoniam tametsi origine revera civilis sit, quae tamen usu et consuetudine rarum utilissima apud omnes gentes recepta fuit, atque omnem contractum obligationem dissolvendam producta leg. aquiliana 4 ff. de transact. leg. 18 §. 1 ff. h. tit. quod ob rem iuris gentium esse dicit ind. leg. 8 §. ult. ff. h. tit. ut recte docent nër valent. lib. 2 tract. 3 cap. 1 et ex n. 36 usque ad finem Cuiac. in recit. ad leg. 1 §. fin. ff. de verb. oblig. et ad d. leg. 4 ff. de transact. et alii relati a valenta ubi nuper n. 4 et n. fin. sequitur obligationes duntaxat verbis contractas per acceptilationem tolli, et admi posse leg. 1 leg. an inutilis 8 §. acceptum 3 ff. h. tit. Naturae quippe consentaneum est eo genere quodque dissolvi, quo colligatum est leg. nihil 35 de R. I. leg. prout 80 ff. de solut; sic enim obligationes re, vel consensu celebratae, re tantum, vel contrario consensu dissolvi posse d. leg. prout 80 ff. de solut. Qua propter, ut obligationes re, literis, consensu, vel alio quocumque modo celebratae accepto ferri possent, necesse fuit stipulatio aquiliana, quae a Gallo Aquilio adinventa, et sic appellata fuit, quae remediis novationis omnes, quascumque obligationes extinguit, ut patet ex leg. et ano 18 §. 1 ff. h. tit. §. 2 h. n. tit. et praecipue in transactionibus usitata fuit, ut constat ex leg. aquiliana 4 leg. cum aquiliana 5 leg. pacto 15 ff. de transact. leg. age 3 leg. actione 4 leg. ut responsum 15 leg. ubi pactum 40 Cod. eodem, tradunt valent. Cuiac. et ibi supra Brison. lib. 2 de solution. post medium Donel. lib. 16 cap. 21 vers. non tamen.

12 explicat. text. in leg. et per iusiurandum 13 in princ. ff. h. tit.

Nec deinde obstat text. in leg. et per iusiurandum 13 in princ. ff. h. tit. ubi, ideo docet Ulp. operarum obligationem per iusiurandum liberti interpositam per acceptilationem tolli posse, quia licet haec obligatio, iurisiurandi obligatio appelletur ab eodem Ulp. in leg. ut iusiurand. 7 ff. de operis libert. et liberti verbis solemnibus iurare, se operas patrono praestaturum, non tam ex verbis quam ex iurisiurandi religione generi afferet Caius lib. 2 inst. tit. 9 de oblig. §. item et alio 3 in fine. Attamen quia haec obligatio operarum liberti, quae tamen iuramento interveniente sine verbis solemnibus celebrari non poterat, ut constat ex nuper adducto Caii loco id circo per acceptilationem tolli posse docuit Ulp. sed tamen quoniam ... solemnibus verbis possit contraherit, vere non verborum obligatio, ut non recte existimabat Cuiac. in recitat. ad leg. 13 de verb. oblig. in princ. sed obligatio iurisiurandi ut probavimus ex Ulp. et Caii testimoniis. ob id ...

n absolute et indubitanter affirmat Ulp. ind. leg. 13 per acceptilationem extingui quaslibet obligationes, sed quasi de re dubia loqueris, et de qua controversia fuit, vel saltim existere posset, ait: verius esse, istam obligationem per acceptilationem perimi, quamvis non praedicta obligatio non verborum, sed iuris iurandi sit, cum tamen sine verbis non consistat, hoc sufficiens fuit, ut per acceptilationem tolli posset. Quam obrem forte non dixit Iustinianus in nostro § 1. verborum duntaxat obligationes per acceptilationem extingui, sed obligationes tantum, quae ex verbis consistunt, indicans scilicet non opus esse, ut obligationes quae acceptilatione perimi possint, quod sint proprie verborum, sed satis esse, quod sine verbis solemnibus nequeant celebrari, ne excluderet obligationem operarum a liberto iure iurando, et solemnibus verbis interpositam; nec item dictionem dotis, de qua quoniam solemnibus verbis fiebat leg. ult. Cod. de [illegible] de dotibus idem affirmamus docent Donel. in rubric. Cod. de verb. oblig. n. 8. cum duobus sequent. et lib. 16 comment. cap. 21. vers. non tamen, Brisson. lib. 2. de solution. pag. mihi 164.

13 Exponitur textus in leg. an inutilis 8 §. ult. h. tit.

Ex qua doctrina facile descendit interpretatio ad textum alioquin difficilem in d. leg. an inutilis 8 § filium familias ult. in princ. ff. h. tit. ubi filium familias ex promissione obligatum, acceptum rogando liberari, patrem vero qui ex illius contractibus tenetur actione de peculio leg. si quis cum filio 44. ff. de peculio § actiones 10 inst. de action. § praeterea 4 infra quod cum eo, acceptum rogando, nihil agere, cuius rationem docet Ulp. quia pater quamquam de peculio teneatur, non tamen iure civili, et verbis obligatus est, ut filius familias, sed iure praetorio, et sine verbis obstrictus est. Unde cum obligatio adversus patrem ex contractu filij familias competens, nec civilis sit, nec verbis celebrata, nihil mirum, quod per acceptilationem ab illo factam non extinguatur, siquidem verborum tantum obligationes tolli acceptilatione posse. Est dicto vero per acceptilationem filij familias, illius obligatio perimitur, ut pote civilis, et verbis contracta. Verum quamvis obligatio praetoria patris per acceptilationem ipso iure non extinguatur, vigore tamen acceptilationi filij familias in narratam causam sublatam principalis obligationis filij familias, tollitur. Quod similiter in obligatione de peculio domini, servo acceptilatione liberato contingit d. leg. an inutilis 8 § ult. in fine. docent et recte exponunt Accurs. ind. § ult. vers. <u>honorariis</u> Farreateg. d. lib. 8 select. cap. 1. n. 2 Brisson. lib. 2. de solut. folio mihi 160. in princ. et Donel. d. lib. 16 cap. 21 vers. <u>non tamen</u>.

14 Exponitur textus ind. leg. et qui iurandum 13 § si fideiussori ff. h. tit.

Ex qua animadversione lucem accipit idem Ulpian. in leg. et qui iurandum 13. § si fideiussori ff. h. tit. qui alioquin difficilis merito reputatur, docens per acceptilationem fideiussori factam, reum quoque liberari, licet non verbis, sed re obligatus sit: eo quod certi iuris sit, solam verborum obligationem per acceptilationem tolli posse leg. 1. leg. an inutilis 8 ff. h. tit. Etenim omissis Aretino in leg. ex duobus 7 ff. de duobus reis col. 4 et Roncheyallo in leg. 2 ff. eodem tit. n. 104. authumantibus ind. § si fideiussori obligationem realem rei principalis interpositam stipulatione Aquiliana novatam fuisse, et ob id per acceptilationem sublatam; quos tamquam divina-

fores

tores, et cessionis impiei euertores merito reprehendit D. Mart. Larreateg. lib. 8 select. cap. 2 n. 3. et 4. et ipse ibidem n. ult. optime ait; ideo acceptilatione fideiussori facta, tametsi non verbis, sed re obligatum liberari, quia cum acceptilatio vim solutionis habeat leg. 1 leg. inde quam ff. h. tit. quemadmodum vere et reali solutione fideiussoris absoluitur reus leg. si fideiussor 23 leg. quinius 48 ff. mandat. leg. si pro eo 10. Cod. eodem tit. ita similiter et per acceptilationem illi factam, debet reo contingere liberatio. Sed enim haec absolutio rei principalis non directo, et immediate descendit, sed in eorum solutionis elicite ex acceptilatione fideiussoris procedit, eo quod rei obligatio non fuit verbalis, ut de liberatione patris contingente ex acceptilatione filio familias peculiato facta diximus n. proxime ante.

15 Obijcitur textus in leg. et per iusiurandum 13 § si legatorum 8 ff. h. tit. et traditur interpretatio Larreateg.

Ceterum his grauiter obstat textus in d. leg. et per iusiurandum 13 § si legatorum 8 ff. h. tit. ubi si legatorum sub conditione relictorum fideiussore dato acceptolatum fuerit, legata nihilominus deberi, conditione eorum postea existente, affirmat Ap. Reiecto Barthol. in leg. ex duobus reis 7. ff. de duob. reis. quest. 2 asserente, ideo hic solum fideiussorem, non reum principalem acceptilatione liberari, quoniam acceptilatio eo pacto fideiussori facta fuit, ut ipse solus liberaretur: quem merito reprehendit D. Mart. Larreateg. lib. 8 select. cap. 3 à n. 4; Ponche Gallo omisso etiam in leg. 2. ff. de duobus reis n. 108. afferente, illam regulam, quae cauet, per acceptilationem fideiussori factam, reum quoque principalem liberari, procedere in fideiussore, et reo vere obligatis, non vero in fideiussore conditionali. cui tametsi ex acceptilatione ipsi facta contingat liberatio, non potest tamen haec reo principali prodesse, qui nulla adhuc obligatione tenetur: quem similiter optime carpit Larreateg. ubi nunc n. 9. Docet ibidem ipse n. 10, acceptilationem in d. § si legatorum 8 prorsus inutilem esse, tam quoad fideiussorem, quam quoad reum principalem; nam cum acceptilatio ibi facta pendeat ex conditione adiecta legati, et haec non retrotrahat leg. i legata 18. de R. I. iuncto Donel. in leg. filius familias 78 de verb. oblig. et Ant. Fab. lib. 18. Poect. cap. 6. videtur celebrata sub conditione, quae repugnat naturae ipsius acceptilationis, eam idcirco inutilem reddit.

16 Distinguitur ubi conditio interacceptilationem interposita, sub debito conditionali resultanti ex debitis, vel ex sola voluntate.

Aliud perfecto dicerent, si acceptilatio interposita fuisset sub debito conditionali resultanti ex facto, quippe cum postea existens conditio ad tempus contractus retrotrahat, omnia ita estimantur, atque si nulla adiecta conditio fuisset ab initio, sed contractus pure celebratus fuit leg. qui potior 11 § ff. qui potior. iunctis Fabro et Donel. ubi nunc et si acceptilatio valide erit existente conditione, tamquam pure ab initio interposita textus sic intelligendus in leg. sub conditione 16 ff. de solut. Neque obstat cautionem legatorum praestandorum stipulatione interposita emitti consueuisse, eo quod fideiussionem contineret leg. 1. leg. postquam 5 ff. ut legatorum, quae per stipulationem celebrabatur leg. blanditus 12 Cod. de fideiussor. ideoque acceptilationem fideiussori factam ex dictis validam esse debere videbatur. etenim facile rei stipulationem, a [illegible] adiectam ad maiorem securitatem legatorum assumere naturam actionis ex testamento, cuius praestandae causa adhibetur d. leg. 1. § si quis 14 ff. ut legatorum. Docent Larreat. d. cap. 3. n. 11. chesius [illegible]

2 interp. iur. cap. 35 n. 17 ubi Richard. in §. 6 de verb. oblig. n. 13 Donel. in leg. nemo 77 de verb. oblig. et magn. Praes. Retes lib. 2 opusc. section. 3 cap. 5 n. 10 et lib. 8 cap. ult.: nihil ergo mirum, quod nec virtute stipulationis efficax sit acceptilatio, cum eadem hic sit ratio stipulationis, ac actionis ex testamento.

17 instat interpretatio D. Larreategui

Hanc tamen sententiam D. Larreategui licet non insubtilem, non rationem mihi fatile persuadeo, quoniam tametsi posita differentia inter conditiones contractibus, et ultimis voluntatibus adiectas, verissima sit, atque certissimum discrimen reddit inter acceptilationem appositam super debito conditionali dimanante ex ultima voluntate, vel adhibitam super debito conditionali profluente ex contractu, ita ut illa sit prorsus inefficax; haec vero valida. Adhuc tamen rationem huius discriminis ab eo assignatam apprime falsam esse evidenter ostendam. Etenim quod ubi acceptilatio interposita super debito conditionali resultanti ex ultima voluntate abique dubio inutilis sit, hoc tamen ex ea ratione non procedit, quam existimabat Larreategui nempe, quod acceptilatio ista conditionalis sit; nam licet esto, quod si valida esset, dependeret quoad sui ab eventu conditionis, et sic conditio in eam influeret: hic tamen influxus conditionis non potest acceptilationem pure interpositam revera, et expresse conditionalem reddere, sed ad summum illam tacite, et virtualiter conditionalem efficere. Nam existentia conditionis, ut pote intrinsece necessaria ad valorem acceptilationis, qui pe sine debito nequit subsistere acceptilatio leg. 1. leg. pluribus 6. cum aliis ff. h. tit. illam vere conditionalem reddere non potest. Ut patet exemplo legati partus ex ancilla nasciturи pure relicti, vel quando legantur fructus, qui ex fundo adhuc percipiendi sunt, quod quidem legatum licet quoad sui pendeat ex eventu conditionis, quia tamen conditio inest, non revera, sed tacite duntaxat conditionale est leg. 1. in fine leg. conditiones 99 ff. de condit. et demonst. §. ea quoque res 7. inst. de legat. et similiter contingit in novatione debiti conditionalis pure celebrata, quae tacite conditionalis constituitur leg. quotiens 14 §. 1. ff. de novat. et in fideiussione pure facta pro debito conditionali, quae pariter tacite conditionalis intelligitur leg. stipulatus 6. §. 1. ff. de fideiussor. leg. fideiussor 57 eodem tit. sed licet acceptilatio, ut pote actus legitimus, neque in diem, neque sub conditione expresse celebrari non possit leg. actus legitimi 77 de R. I. leg. acceptilatio 4 leg. in diem 5 ff. h. tit., diem tamen et conditionem tacite quod optime recipere valet d. leg. actus legitimi 77. ubi notant omnes, et nos latius postea dicemus: quare tametsi ob necessariam dependentiam conditionis acceptilatio tacite conditionalem redderet, si alia febri non laboraret, ob hoc utique irrita, et inutilis constitui non potest.

18 prosequitur eadem instancia

Quin etiam hoc ipsum manifeste ex contrario probatur, videlicet, quod si acceptilatio facta debiti conditionali procedenti ex ultima voluntate ob id inutilis esset, quia conditionalis reputatur; ob eandem rationem aeque inefficax deberet esse acceptilatio interposita super debito conditionali ex contractu resultanti; quoniam quantum ad conditionem attinet eadem omnino in utraque adest ratio, ut facile iam demonstrabo; sicut enim acceptilatio illa si valida esset dependeret quoad sui ab existentia

conditionis, ita similiter hec, ut valere possit, ab eventu conditionis necessario pendet leg. sub conditione 66. ff. de solution. quia si obligationem dependentiam conditionis reddit illa conditionalis, et ob id inutilis, idem in illa causa conditionis, qui in hanc necessario dirigit, debet eam conditionalem constituere, et idcirco æque inutilem. Nec ratio retrotractionis, quæ viget in conditione contractibus apposita et deficit in conditione ultimis voluntatibus adiecta, post acceptilationem super illo debito conditionali interpositam defendere, et de facto retrotractionis acceptilationem super hoc celebratam desinuere; quoniam licet admissa retrotractione actus sub conditione celebratus, ut purus estimet l. leg. qui potior 11 § 1. ff. qui potior. exeo tamen non bene infert actum revera purum fuisse à principio: diversum quippe est aliquid purum esse, vel purum intelligi aut reputari, ut patet, quinimo constat evident veri ab initio conditionalem fuisse, alioquin otiosa esset retrotractio, ut purus censeret, ut liquet in stipulationibus, et contractibus sub conditione celebratis, quos tamen si existente conditione ut puros reputent consulti, leg. si filius familias 78 ff. de Verb. oblig. leg. si usus fructus 26. cum vulgatis ff. de stipulat. servor. nemo tamen puri celebratos dicere audebit.

19 Durat adhuc predicta instancia.

Si ergo actus sub conditione celebratus quamquis ad existentiam conditionis pro puro habeat revera conditionaliter contractus fuit: sed inspecta retrotractione, et ante ad ipsam pleno ore conditionalis ab omnibus apellat, sequitur evident, acceptilationem super debito conditionali ex contractu resultanti, celebratam ob hoc solum defendi non posse, nempe, quod licet dependeat ab eventu conditionis, et idcirco conditionalis videat, existente tamen conditione ratione retrotractionis pure celebrata credit, et ab initio vires habuisse existimat. Quoniam si ratione conditionis debito adiecte, inutilis esse ei posset, irrita perfecto absque dubio constitueret, quia etsi ab existentia conditionis pura censeretur virtute retrotractionis, ea tamen non obstante revera conditionaliter contracta diceret si conditio debiti in eam perse influeret. Deinde quia ab initio, et ante ad existentiam conditionis expresse et constanter ab omnibus conditionalis apellaret, et nuncuparet. quod certe dubio procul sufficiens esset ut statim ab initio inutilis fieret sine spe convalescentiae: omnes quippe actus legitimi sub conditione expressi celebrati vitio, nullo habito respectu ad existentiam conditionis invalidi, et inutiles sunt leg. actus 77. de reg. iur. ubi notant Jacob. Gothofr. et omnes repetentes. etenim actus à principio vitiosi ante eventum conditionis, ea postea existente nequeunt virtute retrotractionis utiles reddi, quia non solum non valet retrotractio actum in radice vitiosum conservare, verum nec ipsa (ut imagine) locum habere potest, si actus vitium in radice habuerit leg. necessario 8. vers. quod si pendente ff. de peric. et commod. rei vend. Si ergo hæc acceptilatio, quæ conditionaliter celebrata esset admissa dependentia ad existentiam conditionis, quoad valorem, et retrotractione ad illius conservationem ut pote actus legitimus evident ut vitiosus inutilis fieret non obstante ratione retrotrac-

tionis.

tionis. Hac ratione insuper habita, aliaque reddatur ad valorem huius acceptilationis.

20 redditur vera et non vulgaris interpretatio

Vera, me hercule, ratio, ob quam acceptilatio facta fideiussori dato legatorum sub conditione relictorum, non est ea, quam reddebat d. Farreat. ubi supra scilicet quod haec acceptilatio conditionalis est et ut talis semper reputatur ex defectu retrotractionis. Nam que ut dicebamus n. 17; haec acceptilatio, quae pure celebrata fuit non potest ob conditionem debiti inefficax effici, quoniam tametsi ob dependentiam conditionis, conditionalis videatur, quae tamen duntaxat ad summum sub tacita conditione interposita censetur; irritari non potest; acceptilatio quippe et alij actus legitimi licet in diem vel sub conditione non possint celebrari, diem tamen, et conditionem tacite recipiunt. d. leg. actus 77 de reg. iur. Deinde quoniam si propter conditionem inutilis fieret, inefficax quoque eadem ratione redderet acceptilatio facta super debito conditionali ex contractu resultanti, quin virtute retrotractionis eam conservare posset, ut dubitabamus n. proxime antecedentibus fundavimus; quam tamen validam esse aperte constat ex leg. sub conditione 16. ff. de solut. vide Brisson. lib. 2 de solut. pagin. mihi 161. in principio. vera itaque ratio cur haec acceptilatio inutilis in eo stat, nempe quod tempore, quo fuit interposita deficiebat principium fundamentum ad ipsius consistentiam debitum, scilicet, sine quo nequit consistere acceptilatio. leg. 1 leg. pluribus 6. ff. h. tit. iunctis quae dicebamus in principio huius cap. Tempore namque interpositae acceptilationis pendebat adhuc conditio legatorum ut patet ex litera textus, quare hinc non dum aliquid debebatur, quia conditionales obligationes ante eventum conditionis non obligant § ex conditionali 6. supra de verb. oblig. cum vulgatis: quo optime stat, quod deficiente naturali fundamento debiti corruat acceptilatio, tamquam in sua radice vitiosa. Nec satisfacit, existente postea conditione dari debitum super quod cadat acceptilatio; etenim debitum illud, cum non habeat alius principium ab ipsa existencia conditionis, quia in conditionibus adiectis ultimis voluntatibus non datur retrotractio leg. si legata 18 cum vulgatis de R. iur. iunctis Donel. et Anton. Fab. ubi supra n. 15, acceptilationem antea factam conservare non valet. Diversum porro obtinebit in acceptilatione facta super debito conditionali dimananti ex contractu, nam retrotractio, quae in his conditionibus locum habet d. leg. 18 leg. filius familias 78. ff. de verb. oblig. efficit ut debitum, quod re vera non consistit ab initio sensu iuris adesse videatur: quod sufficiens est ad conservandam acceptilationem, quae sub tacita conditione celebrata intelligitur, et ideo circa suas vires sopitas habet usque dum veniat conditio, qua semel existente vigore retrotractionis debitum ab initio consistere supponens, ipsam acceptilationem in sua radice validam, et efficacem constituit. Ita sic exponendus in leg. sub conditione 16 ff. de solut. ex hac doctrina facile

etiam

etiam exponit textus in leg. si sub conditione et in leg. qui inde 12 ff. h. tit.

21 acceptilatio textus in leg. et pro iurando 13 §. qui ita 9 ff. h. tit.

Quo veritatis filo ducti securi iam accedimus ad interpretationem alterius textus summe alioquin difficilis in eadem leg. et pro iurando 13 §. qui ita stipulatur 9 ff. h. tit. ubi cum quidam ita a fideiussore stipulatus, quod Titio credidero fideiussore esse iubes, antequam crederet acceptum fideiussori fecisset; dicit Ulp. reum huic acceptilatione non liberari, sed quod cum que ei creditum fuerit, teneri eo quod antiquiori acceptilatione, quam eius obligatio fuit non potest ei contingere liberatio, fideiussorem ex tunc liberari quod reo creditum fuerit. Cuius obscurae decisioni vera ratio ex dictis non proxime superior. facile aparet. ideo enim in hac specie non liberatur reus per acceptilationem fideiussori factam, antequam pecunia crederet, quia tunc nihil adhuc debebat reus principalis, ut patet, quare ex defectu debiti nequit subsistere acceptilatio l. leg. 1. et 6 ff. h. tit. etenim qui nulla obligatione tenetur, non potest liberari leg. decem 116 ff. de verb. obli. Nec rursus pecunia ex post facto credita acceptilationem conservare valet, nam contractus mutui quasi est hic, et ceteri contractus reales, cum non beant altius initium ab ipsa traditione rei, quae perficiunt retrotractionem non admittunt leg. 1. §. 2 leg. obligamur 52 §. 1. ff. de oblig. et action. leg. 2 §. 1. et 3. ff. de reb. credit. leg. 3. §. ult. cum leg. sequent. ff. ad S.C. Macedon. tot. tit. quibus mod. re contrah. oblig. Juncto Donelo in leg. quidam 132 §. ult. de verb. oblig. inde cum oriatur obligatio a tempore traditionis, sine retrotractione nulla potest considerari obligatio tempore factae acceptilationis, quae illam valeat defendere. Fideiussor vero quia sub illa conditione si pecunia Titio credita fuerit, ex stipulatione tenetur, qua interveniente, omnis fideiussio celebrari consueverat leg. blandius 12 Cod. de fideiuss., illico ac pecunia credita fuerit acceptilatione liberatur, quia cum conditio stipulationis retrotractiva sit fingitur iam ab initio obligatus. Unde ipso instanti, quo eveniente conditione incipit creari obligatio, inducitur liberatio fideiussoris: et in hoc sensu antiquior appellatur acceptilatio, quam obligatio rei principalis ut optime docent D. Larrea leg. D. lib. 8 select. cap. 3. n. ult. et Brison. lib. 2 de solut. pagin. mihi 161. Huic doctrinae etiam obstat textus in leg. si ex pluribus 16. §. 1. ff. h. tit. sed ibi facta fuit acceptilatio post sententiam et condemnationem ut optime docet Brison. lib. 2. de solut. fol. mihi 161.

22 asserit acceptilationem requirendam neque sub conditione celebrari posse.

Sed enim vero non satis est acceptilationem verbis solemnibus celebrari, sed insuper necesse est, ut valeat acceptilatio, quod verba in praesens, vel praeteritum tempus concipiantur verbis namque acceptilationis in futurum collatis, inutiliter consistit acceptilatio, quae utpote actus legitimus neque in diem; vel sub conditione celebrari potest leg. acceptilatio 4 leg. inde 5. ff. h. tit. leg. actus legitimi 77. de reg. iur. ubi late docent Jacob. Gothofr. Faber. Cuiac. Duarend. et alii, cuius securi principii unica vera ratio consistit, quoniam videlicet lex ob supremam excelentiam actus

suos

suos (qualis est acceptilatio d. leg. actus 77.) unico momento inchoat, et complet. et idcirco nec acceptilatio, nec ceteri actus legitimi in diem vel sub conditione differri poss. q[uia] d[ic]ta supremam legis excelentiam esse perfectionem actus ab illa semel elliciti suspendere, et differre. Deinde et hoc speciali ratione procedit; nam cum acceptilatio sit liberatio leg. 1. cum aliis ff. h. tit. ipso actu effectivi ex praesenti contingere debet. Ineptus quippe dubio procul esset, qui dicat hodie, se aliquem kalendis proximis liberare, vel si titius consul factus fuerit, ut cum iudicio advertunt Brison. lib. 2 de solut. pagin. mihi 165 in primo et Duald. lib. 16. donel. cap. 21 lit. C. nam actus ipsi voluntati eius repugnat: pariter acsi aliquis parietem dealbans, aut quod pingens se ex kalendis futuris, vel ex aliqua conditione dealbare, aut pingere dicat et asserit; quod perfecto ridiculum foret. Ob hanc rationem servitutes etiam nec ex die, vel in diem, constitui poss. leg. 4. ff. de servit. leg. cum vendere ss. 39. ff. de contrah. empt. vide Brison. lib. 2. de solut. fol. mihi 165. Anton. fab. in ration. ad d. leg. 4 ubi cuiac. lib. 7 quaest. papin. et ob hanc rationem plane dicit acceptilationem solutionis exemplo liberare in d. leg. in diem 5. ff. h. tit. nam quemadmodum vera solutio statim rem solutam accipienti facit leg. cum qui 38 §. qui hominem 3 leg. qui sic 55 ff. de solut. iuncto Brison. ubi nunc Donel. lib. 16 cap. 21 vers. acceptilatio et cuiac. lib. 7 quaest. African. in d. leg. cum quis 38 §. qui hominem 3. tametsi non infitiemur solutionem ita celebrari solere, ut res tradita non ita fiat accipientis antea, quam aliqua conditio extiterit leg. qui absenti 38 §. 1. ff. de acquir. possessione vel ita pecuniam numerari convenisse, ut statim fiat accipientis, in solutum tamen tunc cedat, si aliqua conditio evenerit, ea que deficiente condicat leg. sub conditione 16 ff. de solution. Verum negamus, has veras solutiones esse. Vera namque solutio, quae rem confestim accipientis facit, ita ut nullo casu ad se revertat d. leg. cum qui 38. §. qui hominem 3 d. leg. qui sic 55. ff. de solut. iuncto Donello ubi supra.

23 acceptilatio tacitam conditionem recipere potest exponitur lex in leg. sub conditione 16 ff. de solut.

Ceterum quod diximus, acceptilationem neque diem, nec conditionem recipere, de expressa utique conditione accipiendum est, tacitam quippe non aeque respuit d. leg. actus 77. de reg. iur. ~~propterea et qui sub conditione~~ nobis enim non est, multa expressa nocere, quae tacite comprehensa vitium non afferunt leg. in neque quod 52 ff. de condit. et demonst. leg. expressa 195 cum vulgat de reg. iur. propterea est, qui sub conditione promisit utiliter acceptum ferri potest, licet tacite et ipsa sub conditione celebrata videtur acceptilatio: pendet enim ab existentia conditionis leg. sub conditione 16. ff. de solut. de quo diximus supra n. 19. et 20. similiter acceptilationes dotis causa factae, vel a sponso dotis constituendae causa debitori accepto ferunt, quamquam tacitam nuptiarum conditionem includant (quia nuptiis non sequutis nullae sunt) utiliter et efficaciter celebrant leg. licet 43 leg. non autem 36 ff. de iur. dotium docent Brison. lib. 2 de solut. pagi. mihi 165 in prin. et Mag. Prec. Petr. lib. 2 opusc. sect. 12 cap. 4. n. 4.

24 asseritur acceptilationem intelligere ex defectu solemnitatis in vim pacti valere, et aliquando ipso iure obligationem tollere.

Ex quo omnibus facile infert, quod cum idem sit vigor acceptilationis, ac verae

solut.

solutionis d. leg. in diem 5 ff. h. tit. eandem esse virtutem acceptilationis solemniter celebratæ, ac veræ et realis solutionis ad tollendam ipso iure obligationem, plenamque liberationem inducendam ut patet Iust. hic, docet Modest. in leg. 1. ff. h. tit, et idcirco acceptilatio dicitur solutionis exemplo liberare in d. leg. in diem 5. ff. h. tit. ceterum quia in acceptilatione etiam citra pecuniæ numerationem contingit numeratio aliter ac in vera solutione, et in apocha leg. si accepto 19 § 1. ff. h. tit; ideo acceptilatio non simpliciter apellatur solutio, sed imaginaria solutio nuncupatur ab Imp. Iust. hic. Hoc tamen de acceptilatione rite et solemniter celebrata accipiendum est; acceptilatio quippe minus solemniter interposita nec obligationem ipso iure tollere, nec liberationem inducere valet leg. an inutilis 8 § acceptam 3 leg. si accepto latam 19 ff. h. tit. verum licet acceptilatio minus solemnis ipso iure nihil operetur, in vim tamen pacti, quod includit, si non adsit in voluntate dissensus, quia tamen deficit solemnitatis defectus ope exceptionis, seu exceptione pacti liberationem inducebat leg. an inutilis 8 in principio d. leg. si accepto latam 19. ff. h. tit. leg. si unus 27 § si acceptilatio 9. ff. de pact. leg. cum emptor 5. ff. de rescind. vend. quia in effectu nihil interest, quoniam idem in effectu est actionem non habere, vel eam habere, quæ per exceptionem elidi possit. leg. eleganter 7 § servus pactionis 8 ff. de dolo leg. non videtur 13 leg. Marc. 66. leg. nihil interest 112 de reg. iur. Ceterum illud coronide notatu dignum observandum est, acceptilationem minus solemnem, et ob id inutilem non solum ope exceptionis pacti, sed et ipso iure solvere aliquando obligationes tollere, veluti si in facto contractus emptionis et venditionis venditor emptori, vel e contra acceptum fecerit d. leg. cum emptor 5. ff. de rescind. vend. leg. ult. ff. h. tit. Etenim emptio et venditio, quæ nudo consensu contrahitur, et eodem nudo consensu in contrarium acto ipso iure dissolvitur § unico supra inst. de oblig. ex consens. leg. ab emptione 58. ff. de pact. leg. 1. et 2 cod. quando liceat ab empt. disced. quia optime dissolvi poterit ex consensu elicito ex inutili acceptilatione. Docent ex latius pendant inter Valent. lib. 2 illustr. tract. 3. cap. 4. n. 14 et 15. Donel. ad leg. 1. et 2. cod. quando liceat ab empt. disced. n. 2 et lib. 16 cap. 13 vers. ultim. et ad leg. 1 § si quis ita de verb. oblig. Cuiac. in recit. ad leg. si unus 27 § ult. ff. de pactis. ubi etiam lib. 5. Paul. ad edictum et ibi Anton. Fab. in rati. apud quos late manu illustrata invenietis, quæ brevi verborum stilo sub hoc n. comprehendimus.

Finitur in laudem et gloriam omnipotentis Dei
Deiparæque virginis mariæ

Desde el fol. 121 al. 127. estaba Blanco.//

De Dotium vetere, nouoque Iure. Circa Interpretationem legis Unicæ C. de rei Uxoriæ actione

Accurata Comentatio.

Per D. D. Franciscum Ramos del Mançano. Anno. 1626.

Este mismo Manuscrito está en el libro mncito. n. 1. ~ exre. la noticia deste libro en el Indice ~.

El otro mncito tiene fecha de 1627. y parece el mas tec

Rem nequaquam apprehendimus, sed in omni pene corpore Iuris effusam, id quod viri Iuris Rom. libros dispersos, ut argumento ex quod liberorum 51. §. honori. de ... 3. notat post Accurs. Barth. et Salizetum et Cujac. hic. et verè Iustin. ... cuius Editionis hæc Institutio ad Populum Urbis Constantinop. et universos Provinciales ... plerumque Imperatorum Edicta scribebantur, et proponebantur. argumento ex ... 3. C. de legibus. ... Theodosii. 25. de ... solidi, et N. eiusmodi. 43. de pantopolis. cum aliis congestis a ... sonio de form. lib. 3. Buleng. de Imper. Rom. lib. 4. cap. 25. nec ab ullo hactenus academico ... solemnibus recitationibus illustrata nouum vetusque Dotium Ius ex scholasticis, et forensibus utilissimum disputationibus ...

Ad textum nostrum in principio et §. accedit. hoc titulo.

1\. Sunt huius primi capitis, quod in principio legis extat tres partitiones, quare ut a 1.a ordiamur, quod vetere rei Uxoriæ actione sublata, solam ex stipulato relinqui, sic non est ante hanc Institutionem 3. petitionum actiones dotis soluto matrimonio repetendæ nomine in usu fuisse, nempe ex stipulatu, præscriptis verbis, et rei uxoriæ actione, ut omittamus alias pleras quæ generales non sunt in re petitione dotis, sed certis rebus et caussis annodatæ, qualis est condictio ex lege Iul. mulieri data adversus maritum, qui dotalem servum invita uxore lege eius dotis gerens manumisit, ut id omne restituat, quod ad eum tanquam patronum pervenit. lege Dotale 61. lege si. 64. in principio et §. dedit. cum sequentibus. soluto matrim. lege Iulliæ. 14. §. ult. ad leg. Cornel. de fals. quod eum dotante matrimonio mulieri ... lege hæc actio. 65. soluto matrim. quæ ita de ... ex lege Iullia

acci

accipiunt post Classic. Hotoman. 12. cap. 6. obs. Barbos. in lg. Stante
n. 79. et 88. et in lg. dotale 61. n. 20. soluto matrim. Cujac. 7. obs. cap. 3.
et lib. 11. quest. Pap. in d. lg. dotale 61. Fab. de error. 4. p.te decade. 84.
err. 10. quia ex stipulatu actio veteri iur. mulieri competebat. lg. parent.
lg. extraneo. q. dotem sibi reddi utiliter stipulabantur. lg. etiam 8. C. de iure dot.
lg. quoties. 29. soluto matrim. lg. morte. 9. §. ult. C. de pactis conventis. q.
quod puerilitis erret Cambessius de dote. 3. p.te q. 2. Paz 3. tom. cap. 6. §. 2.
scriptis autem stipulat. agere poterat extraneus qui in dote danda eam sibi re-
stitui pactus fuerat. d. lg. ex morte. 9. §. ult. lg. avia. 6. C. de iure dotium
lg. si cum dotem. 22. soluto matrim. et in §. nro. accedit.

2. Rursus rei uxoriae actio quo obiectio illa actionis dotis
quotidie postulabat et quoties post divortium de dote actione, teste Bo-
etio in topic. cicer. quodque post Romam conditam alijs fere quingentis (ut
vult Panellus ad Tertulli. de monogamia. notat. 73. sive sexcentis, ut
vult Cujac. 1. obs. cap. 39.) Spurius Carvilius. lg. servilius. lg. corvinus. ut
notat Tiraquel. ad Alex. ab Alex.dro tit. 4. dierum genialium. cap. 14. Co-
varrub. de sponsalib. 1. p. cap. 7. n. 1. §. 4. P. Greg. lib. 9. sintag. cap. 15. n. 1.
primus divortium cum primus est dotem eo casu mulieri restitui inventa est
actio rei uxoriae quae deinceps divortio facto A. V. repetatur. ut ex Ser.
Sulpicio Iuris Consulto docet Gellius lib. 4. noct. attic. cap. 3. illustr. Iu-
liana in topicis Cicer. §. 13. n. 3. Segovius lib. 1. de antiquo iure civium Ro-
man. cap. 9. et exeo Rosinus lib. 5. antiquitatum. cap. 34. cuiusque postea aetate suc-
cedente ad alios quoque casus, quibus uxore superstite matrimonium solvitur
uti morte mariti actio paulatim porrecta sit. lg. dotis. 9. lg. ult. C. solut.
matr. lg. 3. C. Theodos. de dotibus. lg. rei iudicatae. 15. §. 1. lg. si cum dotem 22.
solut. matr. quidquid sentiat Barbos. in Rub. 1. p. n. 5. solut. matr. competens
quidem A. V. ubi tam dos, quam cetera uxoris bona signantur. lg. pen. ad lg. falc.
lg. uti parapharnalia: quae praeter dotem uxor in domum confert. lg. donationes
31. §. sper. de donation. lg. hac. lg. 8. C. de pact. convent. lg. si ego. 9. §. ceter.
rerum. C. de iur. dot. eoque sensu actionem rei uxoriae appellatam sentiat
post Accursium Lochard. §. fuerat. 29. n. 13. 1. de action. simulque ver-
veri e rei uxoriae. per excelentiam in hac parte appellari dotem ipsam, quae uxoris
res, et patrimonium est, et precipue lg. 3. §. si vero. de minorib. lg. in rebus
C. de iur. dot. unde actio rei uxoriae dicta, quae propter dotem uxori competebant.
§. videamus. et §. accedit. et §. hoc tit. infra. d. §. fuerat. 29. vult. post

Accur.

Accurs. Fab. notat in prin. Cujac. hic. Othom. de dotib. cap. 1. n. 3. et 4. quia maritus competisset quod postea expressimus Sasso in l. de divit. 5. n. 15. solut. matr. cujus autem actionis haec erat solemnis formula, quae quia melius sit praestare ejus vestigia extant l. gen. § ult. ut Duaren. solut. matr. l. id Cornelius 82. de solution. juncta l. eacy. 8. cap. minutis. observat alia circa actionem rei uxoriae promiscuenter quam laudator Osuald. ad Donellum lib. 14. com. cap. 6. litt. C. Sasso in d. § fuerat. n. 1. et post eum Stefan. hic Cod. prin. Othoman. de dote. cap. ult. et in d. § fuerat. n. 1. Cujac. ibidem et lib. 22. obs. cap. 14. Brison. lib. 5. de formulis.

3. Plane cum inter has actiones esset differentiae praesertim multae, quas suis locis (saepius inculcare cogamur) opportunius referemus. Justin. hic hac constitutione reseratis, vel resecatis, et veteris omnis dotis iure interpolato actionem rei uxoriae penitus extinxit, solumque actionem ex stipulatu retinuit, translatis vel in ea his omnibus quae ex natura actionis rei uxoriae digna esse valere censuit, quemadmodum alibi actionis receptitiae, cum in constituta vim transtulit. l. 2. C. de constit. pecun. § impresis ff. de action. cujus autem constitutionis ratio referenda est ad notissimum dotis favorem. l. 1. solut. matr. l. 2. de iur. dot. cum aliis quo effectum est, ut abolita rei uxoriae actione sola ex stipulatu relinqueretur; quia ut Justin. hic scribit in d. § fuerat, plenior erat ex stipulatu actio, hoc est dotis repetitione accommodatior, et favorabilior, cujus in mihi mulieribus hac constitutione subvenit, et illa quae extant in l. in rebus 30. C. de iur. dot. notat Cujac. hic. ad quas constitutiones respexit idem Justin. in l. assiduis 12. vers. ad haec. C. qui potiores. Sublata rei uxoriae actione verisimile est, ut Stefan. scribit, haec ejus appellatione quae veterum prudentum aut principum fragmentis extabat in dies tria de tribon. permissam de l. 1. § 10 in nostris studiis. l. 2. § tanta. C. de vetere iure enucl. et substituta ei plerumque actionem de dote, circa praecepta tribuit legibus, quae prima fuerunt actionis rei uxoriae, ut colligitur evidenter ex l. 2. § 1. solut. matr. iuncto § et illud h. tit. cum aliis atque postea id tamen interim constet eandem esse in Pandectis actionem de dote, et rei uxoriae sed ut colligitur, et proinde Rebard. lib. de authent. prudentum. cap. 8. non ergo inter has actiones differat reminiscentis omnino improbabilis sit, hoc argumento ut alia in re praecipua omittamus.

4. Cum autem haec constitutio non loco dotis competeret, quod si stipulatio dotis reddendae solemniter interponeretur, ut in dicat Paulus lib. 2. sententiarum.

viariy. tit. 22. iuncta l. 2. ubi Barthol. n. 14. soluto matr. Iustin.ᵘˢ no
cod. dotiy fauore tribuit omnes dotes petti actionem stipulatu, etiam
si stipulatio non intruenerit, ut lege intelligatur interuenisse. unde
hodie dotem certam promissam non certi conditio, sed ex stipulatu actionem
petidebere admitunt post Accurs. Salizety hic n. 3. Barth. in
l. 1. 3. p. n. 22. soluto matr. Verum tamen, tam vetere, quam iure nouo pro
dote quod incerta ex stipulatu actione, pro certa vero certi conditionem
competere. text. in l. si quis certum 24. ubi Angel. et Salizety sibi con-
trary. neque obstant verba legis uba in princ. in omnes doter pro stipula
tu actionem erigi: quia cum tam certi conditio ad certum, quam ex stipulatu ac
tio ad incertum, seque ex stipulatu, aut ex stipulatione nascantur, utra
que generali ex stipulatu appellatione continetur. l. si pacto. 14. C.
de pactis. l. inter. 36. §. sitis. de V. O. pro. 1. de V. O. et hac I. l. 1. C.
soluto matr. nota Valdigela in l. 1. n. 4. de V. O. illud ex his verbis
in praxi collig. in omnibus dotibus etiam incertis similiter expresse conti
tuitr. intellige stipulationem tacitam intruenisse, quamuis pro parte neget Me
noch. de presumpt. lib. 3. presumpt. 5. n. 12. Gomez in l. 50. tauri.
n. 116. debetr autem dos incerta, si ex arbitrio alicuius promissa sit,
quod ad boni viri arbitrium redigit. et ex eo modum dotis statuitr. l. 3. C.
de dotis promiss. I. l. Joquero. 60. de Iur. dot. l. si curatores. 9.
C. de adm. tutor. Stephan. Gratian. discept. forens. 2. tom. cap. 254.
n. 51. et 59. l. etiam sine arbitrio. sed pater pro filia dotem incertam promi-
serit, quia cum pro modo facultatis patris, et dignitatis mariti dotare
eam debeat. l. si filij. 41. de legatis 3. auth. res quae. C. comm. de legatis.
l. 5. tit. 1. part. 6. Baeza de melior. dotis. rat. filiabus. cap. 1.
ita promisisse presumitur. l. cum post 69. §. gener. de iure dotis, l. ult.
C. de dotis promiss. non si a muliere, vel extraneo dos incerta promittat,
quia cum his dotis dandae nulla necessitas incumbat incerta prorsus et
inutilis promissio est, l. 1. C. de dotis promiss. de hac hanc legem expresso
sensu et disensu pter laudatos de Barbosa in l. 1. 3. p.ᵗᵉ n. 47. et seqq.
soluto matr. Donel. 15. com. cap. 1. et in l. si ita stipulatus. 115. n. 15.
ubi Rozing Iunior. n. 115. de V. O. Faquineus 8. controuers. cap. 55. Fab.
in effectu consentiens in suo cap. lib. 5. tit. 6. defin. 2. et sequenti. Gotofr.
in d. l. 1. C. de dotis promiss. quamuis tr. Gotofred. ibi: Sarmiento in l. quod
30. n. 11. de legatis 2. Gutierr. de Iure dot. 1. p. cap. 64. n. 14. Espinosa

Specu.

speculo. gl. a. 10. priali. n. 15. et cogesti a Barb. v. 1. n. 45. et 41. hodie v. Iur. Constit. et rep. dotis incertis promissionem semper valere, et iudiciarbitrio tractari argumento a l. 2. tit. 16. lib. 5. compil. concludit Azeuedo ibi n. 6. Parlad. lib. 1. rer. quotid. cap. 3. n. 31. Ceuallos comm. contra commun. q. 440. Gratiam. discept. forens. 3. tom. cap. 534. n. 15.

Sed huic traditioni quatenus tacitam inducit stipulationem refragari videtur iuris ratio, quae docet stipulationem verborum obligationem esse sine quibus non subsistit. l. 1. l. 9. §. stipulatio. de V. O. l. 1. §. verbis. de A. et oblig. adeo ut scripserit Fab. lib. dict. cap. 12. Iustinianum in iurisprud. utiliter ex stipulatu actionem pro dote induxisse, sed immerito n. n. haec lex efficit ut vera sit sine verbis stipulatio, sed verba intervenisse fingit, ut consequenter stipulationem pro dote, ut recte post Barth. explat. Castigela n. 7. Donel. n. 8. Tisan. n. 5. in l. 1. de V. O. Ancald. ad Donel. 14. com. cap. 4. lit. L. nec ex hac stipulatione utilis actio competit, ut falso Fab. supponit, sed directa, ut notat Salizetus et Tisan. hic. itaque stipulatio ficta est, haec pro dote non vera non expressa, ut post Accurs. in nro. §. accedit verbo pro se matr., docet Castigela in d. l. 1. n. 18. late Barb. in l. 1. 3. p. n. 21. soluto matr. quamvis distingui quoque possit cum Baldo quem sequitur Pich. in §. fuerat. n. 30. 1. de action. unde in praxi eleganter quaesitum est, an hodie attenta l. 2. tit. 21. lib. 4. compil. quae publicis instrumentis paratam executionem tribuit, si maritus instrumento publico fateatur dotem se recepisse, nec promittat restituturum stipulatione hac tacita dotis restituendae executioni mandari debeat, et placet exequi debere. l. si duo. 13. §. marcel. de iur. iur. verbo hic Castigela in l. 1. n. 28. de V. O. Curtius Iunior consil. 139. n. 3. Barbos. de V. S. n. 22. Parlad. lib. 2. rer. quotid. cap. ult. 1. p. §. 11. n. 20. Azeued. in l. 1. n. 11. tit. 2. lib. 4. compil. Gratiam. disceptat. for. 1. tom. cap. 115. n. 27. idque in tacita hipoteca exequenda qualis est pro dote. ex §. aut plenius in fin. h. tit. admittunt post Bald. ibi Cuius hic Sufficit de iure civili, Tiraquel. in tract. semestr. 2. p. declarat. 10. n. 3. Gracian. discept. for. 2. tom. cap. 813. n. 10. sit et aliis casibus ex quibus omissa stipulatio fingitur, veluti in l. cum ostendimus. 4. §. ult. de fide ius. tutor. fideiussores tutorum ex stipulatione ficta obligari debet.

post plures Iacob. Nigris in l. 1. n. 79. de V. O. Crinquis de fideiuss. cap. 7. n. 53. et cap. 11. n. 15. Rich. in d. §. fuerat. n. 21. neque tribus ex causis favore pupilli iterata praesentia fideiussoris et auctoritatis tutoris Iudici aliis, ut ex communi sententia interpretatur Menoch. de praesump. lib. 6. praesumpt. 49. n. 29. Gama decis. lusitanis 390. n. 2. Cevallos com. contra commun. q. 846. n. 5. [illegible] sic concurrentibus veris est ex legibus sine ficta stipulatione fideiussores teneri, ut probat Bolonetus ex n. 62. Gutigela hic. n. 26. in l. 1. de V. O. Fab. in iurisp. tit. 12. princ. de illat. 8. ut omittam aliud exemplum ex l. his verbis 19. de adopt. cum iungendis Crotus et Paliacela n. 31. Nigris. n. 71. Corras. n. 7. in l. 1. de V. O. Caldeira lib. 13. var. lect. cap. 1. n. 11. Cujac. lib. 29. quaest. Pap. in l. causa. 40. de vulg. Rich. princ. 1. de V. O. et in d. §. fuerat. n. 24. de V. S. et alios casus recenset quos non transcribo.

6. Superioribus consequens est, quod postea Iustinianus nec non scribit in ullo eorum quo modo huius prius; et si inutiliter et non solemniter stipulatio interponatur pro legitima 1.º heredi, idque duobus argumentis confirmat, 1.º est, quod cum ex lege nostra stipulatio fingatur, ut nulla intercerit, unde vulgo ad pragmaticos iactari solet non vitiari actum, quamvis aliquid imperfecte ad iiciatur. lege exprimatur, quoties id exprimere non est necesse. cap. bona 33. extra. de elect. et Abbas n. 9. Iason in l. Edicta. n. 3. C. de Edicto Decius consil. 163. n. 8. volum. 1. feling in cap. cum ordinis 6. ex n. 2. extra de rescriptis. Maranta disp. 4. n. 7. et seqq. Gomez 1. var. cap. 12. n. 74. = 2.º est, quod si pluribus stipulationibus uno instrumento comprehensis una utilis ex hac lege vires accipiet, huius autem propositionis exemplum dici quaesitum profert Cujac. hic ex iure veteri, quod quamvis nemo sibi post mortem dari stipulari poterat. §. post mortem. 1. de inutilib. stipulationibus poterat is stipulari post biennium mihi dari sive vixero, sive mortuus fuero. quia prima stipulationis si vixero utilis, sustinet inutilem si mortuus fuero. adducit l. 1. §. 4. quod falso tutore. l. 2. mandati. placet 1.º magis aliud exemplum, quod post Accurs. Barth. Bald. Salizet. et Fafar probant in praesentiarum ex l. stipulatio 38. §. alteri. de V. O. v. penales stipulatio stipulationem alteri faciat confirmat. iuncta l. si sponsus 5. §. generaliter de donation. inter. et l. fundus. 64. de contrahen. empt.

7. Neque haec stipulationis fictionis inutilis, aut ineptus efficit, quod scriptum extat in l. ad exactionem. 6. C. de dote promiss. ut ex prima. dotis

dotis sine stipulatione actionem competere probatur, quae omissa inter praestatione Pisani, ibi

& Donel. 12. com. cap. 14. & aliorum dictis, quos refert, et refellit Barb. in lege 1. §.

f. n. 6. soluto matr. observandum est iure veteri, dotem non nisi ex stipulatione peti

potuisset, aut dicta quae solemnis erat dotis pro mittendae ratio sine interrogatione

teste Ulp. in fragm. tit. 6. Cuiac. lib. 2. instit. tit. 17. illustr. praeter laudatos

à Barb. U. S. n. 1. et 26. Oswald. ad Donel. 17. com. cap. 14. lit. A. et lib. 14.

cap. 36. lit. L. Joan. Scharo in Udon. cap. 11. pag. 78. Othom. de dotibus

cap. 3. Pisan. post Cujac. in d. lege ad exactionem 7. et in lege 1. §. ubi n. 23. de

O. et A. quae cum ita essent dotis favore cautum, ut maritus ex nudo pacto sibi

promissam petere posset. d. lege ad exactionem. 6. Fab. 2. Decr. cap. 15. Averinius

de fideius. cap. 6. n. 200. et si stipulatio aut dotis dictio non fuerit subsecuta, ut scriptum est in lege ult. C. theodos. de doti. d. lege ad exactionem 6. U. Tribonianus mentionem dictionis sustulit, ubi observat ex Basilicis apud Carolum

Labeon in observ. in linoprim. lib. 29. pag. 81. quod et alibi fecit, quia ex dictione

dotis, in usu non erat, ut observat Othom. illustr. q. 11. Cujac. 23. obs. cap.

18. Pisan. in lege Aristo 18. n. 21. de donation. et ad tit. de U. O. n. 5. placuit

non quibus haec actio ex pacto marito competierit non uxori, efficta stipulatio

novissime à Iustiniano inducta ad utrumque pertineat. §. et ut plenius, v. dicemus infra h. tit. n. 1. ideo est inutilis haec stipulatio fictio in persona mariti,

quia actio ex stipulatu pro dote hypothecam adiunctam habet, et plerasque alias, quae

in actione ex pacto non erant. d. §. et ut plenius. lege assiduis. 12. C. qui potior.

§. fuerat. 1. de act. quibus tr. Barb. U. S. n. 20. neque utrum pro haec fictionis actio

ex pacto sublata est, quia hodie quoque l. ultra mor. C. ad S. C. Velleian.

lege 10. tit. 11. part. 4. et utraque ex causa maritus dotem petere potest l. ex pac

to vel l. ex stipulatione ficta, quasi haec lex novam actionem adiecerit priori

mariti non mutata. lege quoties. 41. de O. et A. lege cum filius. 76. §. varijs. de

legatis. 2. eleganti Barb. d. U. S. n. 7.

8. Quo exemplo legem forte observo, manere adhuc iure Regio fictam hanc stipulationem, quia quamvis Lex. 2. tit. 16. lib. 5. recop. pactis omnibus sine stipulatione efficaciam tribuerit, non tamen pertinet ad pactionem de dote, in

qua tamen pridie actio nascebatur, tam marito ex pacto, et stipulatione ficta, quam

mulieri ex stipulatione sola, cui potius novam ex pacto actionem dedisse, quam

supervacuo veterem amisisse credimus. d. lege quoties. 41. lege si quando 31. C. de

inoffi

inoffic. test. maximè cum hodiè quoque utilior mulieri sit actio ex stipulatione ficta pro dote quam ex pacto; tum propter hypothecam. d. §. et ut plenius, tum quia stipulatio fingitur etsi pactum dotis restituendae defecerit.

9 Superioribus, velut finitima accedit quaestio propria in provatione. §. accedit si extraneus pro muliere dotem dederit, quae proprie dos adventitia appellatur, texte Ulpian. in fragm. tit. 6. l. 5. §. si pater. ff. de iure dot. mito, dubitatur; an stipulatio dotis restituendae fingatur mulieris vel extranei favore in qua quaestio tum vetere, quam novo iure multum interest utrum extraneus dotem sibi reddi pactus, vel stipulatus sit, an non quippe si dotem sibi pacto, vel stipulatione recepit. unde specialiter recepticia dicitur. l. mortis. 31. §. fin. de dot. v. Ilfaniis de mortis causa donat. Ulpian. d. tit. 6. cessat omnino tum actio rei uxoriae iur. vetere quam hodie actio ex stipulatione ficta, quia neque extraneo competunt, cum dotem non constituit, neque mulieri, cui dotis restitutio pacto, vel stipulatione extranei adempta est. l. si dotem. 24. l. ult. C. de iur. dot. l. ex morte. 9. §. ult. C. de pact. convent. Cujac. in recitat. in princ. cum non liceat omnibus in traditione rei suae quam velint conditionem adjicere. l. in traditionibus. 48. de pactis. poterit de extraneus dotem à se datam sibi soluto matrimonio reddi stipulari, vel paciscii. l. obser. 20. §. 1. de pactis dotal. adeo ut quamvis ex pacto actio regulariter non nascatur. l. iurisgen. 7. §. igitur nuda. de pactis. ex pacto tamen dotis restituendae civilis actio praescriptis verbis extraneo competat, quae intervenente seu traditione dotis confirmatur. l. ult. C. de rer. permut. l. legem. 9. C. de donation. explicat Cujac. lib. lib. 11. obs. cap. 11. sed obscurè Barbos. in l. si cum dotem. 23. n. 1. et 12. solut. matr. explicatque hanc rationem in l. 1. C. de pact. convent. l. legem. 10. C. de pactis. ibi aliquid cum pecunia datur, et aliquid de reddenda ea convenit, utilis est conditio, sic non legendum est dictat ex Basilicis apud Fabrot. in sinopsi. lib. 29. pag. 85. ut pro inde utilis conditionis verbo actio praescriptis verbis significetur, ut interpretatur Donel. in d. l. legem. 10. n. 5. Cujac. ad tit. C. de pact. convent. concedunt optimè loci in l. lect. 43. §. ult. planè de iur. dot. l. duo. 19. de precario. cui iungendus Cujac. 8. obs. cap. 7. Fab. de error. 4. parte decad. 77. error. 6. Adhuc ita vera est, si extraneus stipuletur, vel paciscatur in continenti. de l. si dotem. 24. C. de iur. dot. hoc est tempore promissionis, vel eius traditionis, si de traditione dos coepit. l. cum dos. 7. de pactis dotal. l. ex morte. 9. §. fin. C. de pactis conventis. docet ad praxim Barth. Bald. et Salicetus hic. Barbos. in d. l. si cum dotem. 22. n. 5. aliòque si ex intervallo post dotem datam, vel promissam sibi

repet.

restitui stipuletr, aut paciscatr nil agit, qd iã mulieri actio dotis qq̃sita ē, qq̃ ei invito eripi n̄ pōt. l. quoties. 29. solut. matr. l. cũ d. socero. l. Cᵒ. d. Iur. dot. & l. cũ dos. l. planè consentiente muliere pactũ, l. stipulaō dotis extra neo reddendæ valebit etiã ex intervallo dũmodo mulier in matrimº. decedat. l. si convenit. 6. Cᵒ. d pactis convētis. l. obres. 20. §. 1. d pactis dotal. qq̃ ita accipiunt Barbos. in d. l. si cũ dotẽ. n. 16. & in 2ᵃ. lege in prīo. n. 148. solut. matr. cõtrã si marito supvixitet, etiã si extraneo consenserit nihil auctũ ē, qᵃ deteriorẽ conditionẽ suã in dotẽ facere n̄ potuit. l. 2. l. Attilicinq. 11. cũ seqq. d. pact. dotal. notat Donel. 14. Com. cap. 6.

10. Sequ. brevitr obseruandũ sit insignes diffẽ inter extraneũ, & patrẽ p filiā, qq̃ in potestate hẽt, dotẽ dantẽ; qᵃ extraneũ pacto, l. stipulaē in dote danda sibi cauere pōt. patet, n̄ nisi p stipulatorẽ. l. quoties. 29. solut. matr. l. avia. 6. Cᵒ. d. Iur. dot. notat Fab. 13. Coniect. cap. 3. in quo largitr peccat. Surdũ cōsil. 123. n. 2. lib. 2. diffẽ autẽ raō in promptu, qᵃ cũ patri ipso Iure dotis āde pfectæ actiō cõpetit qq̃ cũ filiā cõīs ē. l. 2. §. qd si in patris. solut. matr. n̄ aliã egũ stipulatione & transferre posse qq̃ pbaoẽ, hęc autẽ stipulaō efficit, n̄ simplici mente. d. l. avia. 6. Barb. in d. l. si cũ dotẽ. 12. n. 4. qq̃ egregie alitr prospicit Cuiac. lib. 35. Pauli ad Edict. in l. obres. 20. §. 1. d pactis dotal. & in l. ult. Cᵒ. d Iur. dot. Silquenis in l. seqq. 10. n. 45. Cᵒ. d pactis. Tifan. in d. l. avia. 6. Rursũ extraneũ ex intervallo sibi dotẽ reservare n̄ posse deteriorẽ, in eũ casũ, quo mulier soluto matrimº. supvixerit, qᵃ qq̃ consentiat deteriorẽ in dote cõstitutã suã facere n̄ posse; Pater vᵒ. filia consentiente rectè dotẽ ex intervallo rectè stipulatr in omnẽ casũ soluti matrimⁱⁱ. l. quoties. 29. solut. matr. l. 3. §. sed utrũ. in fin. de minᵒ. ubi notat Fab. in rat. Parpalias in l. 2. §. qd si in patris. n. 29. solut. matr. qᵃ cũ filiã si iterũ nubat dotare cogat. l. ult. Cᵒ. d dotis pmis. authᵃ. sed qq̃ iũ. in fin. h. tit. deterior eiũ conditio fieri n̄ videtr, ut explat Barbosa ubi supᵃ. n. 16. cui iungendũ ē Crotũ in d. l. 2. §. qd si in patris. n. 5. postremò Pater si ante nuptias dotẽ dedit posse ex intervallo sine voluntate filię sibi dotẽ stipulare, qq̃ ius nuptiis cõhiantr. d. l. quoties. 29. sic intelligenda, qᵃ cũ ante nuptias liẽt patri Iure Romº. sponsalia dissolvere, & sic efficere ne dos debeat. l. in potestate. 10. d. sponsalib. multo magis licebit sibi dotẽ stipulare solut. matr. l. pfectitia. 5. §. ultᵒ.

aliqq̃

aliâs l. adoptivus 6. §. 1. ff. de iur. dot. cessat autem hec ratio in extraneo, et ideo neque ante nuptias, et ante nuptias quod potest dotem datam sibi eam recipere potest l. si extraneus 6. ff. de condict. ob causam dotis. ita Donel. 14. Comm. cap. 6 ~~ff. de condict. ob caus. dot.~~ Gratian. discept. for. 2. tom. cap. 308. N.o 13. quem in dicti[?] citat Barbosa ubi proxime n. 27.

11. Verum ut diminui potius in commodiorem locum, quam omissi quae circa differentias has in persona Patris desierunt, possint quae extranei propria sint attingamus; sciendum est eum recte sibi prospicere sive soluto matrimonio, sive dotem reddi stipuletur ex solemni forma l. cum quis rebatur 240. ff. de V. S. sive stipulatio ut quae in dotem data sint soluto matrimonio ad se pertineant, quia verba non mutuo mutantur. l. 8. C. de iur. dot. Cujac. in l. ult. C. eod. tit. Brisson. lib. 5. de form. mulieris. sive quo casu mulier nupta esse desierit dotem dari quia generaliter his conceptionibus omnes casus matrimonii directi continentur, veluti divortium aut mors unius ex coniugibus l. si quis sic 56. solut. matr. ff. l. cum quis rebatur 240. ubi Rebuffus et Alciatus Donel. lib. 14. Comm. cap. 6. Barb.a in rubr. 2. parte n. 69. solut. matr. Ceterum si in omnibus aliis casibus sibi dotem extraneus pepigerit veluti mortis, aut divortii casu omisso eveniente mulieri soli actio competit. l. si cum dotem 22. solut. matr. l. 30. tit. 11. part.a 4. quia donasse mulieri videtur, ut in nostro §. accedit, docet Schiford. lib. 2. ad Fab. tract. 15. q. 5. Barb. in d. l. dotem n. 18.

12. Neque obstat huic iuri obscurus locus in l. si extraneus 6. ff. de condict.o causa data. ut si extraneus sibi dotem reddi: in quo casu soluti matrimonii pepigerit, et nuptie secute non sint, in hoc casu hoc omisso dotis actio non mulieri competit, sed extraneo, quia ex hoc ideo fieri, quia in hunc quoque casum matrimonii non secuti verisimile est extraneum pepigisse. d. l. si extraneus. cum dotem directum sibi prospicere, non passurcendo[?] in casu soluti matrimonii ut propterea Bald. existimat Fab. 13. Coniect. cap. 2. quia id pactum ad casum non contracti matrimonii non extenditur. d. l. si cum dotem 22. At dotem dando, ut indicat d. l. si extraneus 6. quia cum dotis dationi, seu promissio insit tacita conditio si nuptie consequantur. l. stipulationes 21. ff. de iur. dot. l. cum servus 8. ff. de condict. causa data. eoque qui dedit secuta non sit, l. quod se debere 7. §. ult. ff. de causa data. ideoque quibus in dote in proposita specie admitti Ulp. in d. l. si extraneus 6. in fin. docet Duaren. ad tit. ff. de cond. ca. data. cap. 30. Donel. 14. Comm. cap. 20. Barb. in d. l. si cum dotem n. 51. sicque explicanda est volula neque in d. l. si extraneus 6. Ulp. neque quasi ut coniungat superiora inferioribus non ratione continuat, vel uti in l. eo quod 10. ibi: Donel. et Cujac. C. si certum pet. plane cessat conditio

Atque

56. Sequitur 3º paucissimis explicanda retentionis species, propter res amotas, quippe si uxor constante matrimonio mariti res amouerit, e actione rei uxoriae soluto matrimonio dotis marito eius retentio pignoris loco concedit, donec amotas res restituant, ut colligere licet, ex d. lege illud 5. lege 6. res 20. de pactis dotal. lege res iudicata 15. § 1. lege si filiofam. 26. sol. matrim. unde petenda est elegans dubitandi ratio ad legem si cum dotem de act. rer. amot. ubi si maritus cum dotem mulieri soluerit, nihil de restitutione rerum amotarum dixisset, quaesitum est, an nihilominus agere possit, nec inmerito, quia cum dotem quasi pignoris retentionem omisisset, quam in actione rei uxoriae impetrare poterat propter res amotas, videbatur; earum repetitione renuntiare. argumento ex authentica sed cum testator. § itaque C. ad legem falc. respondet tamen Pomponius maritum agere posse rerum amotarum quia cum haec actio competebat, etiam si dos nulla sit, non videtur eam amittere, quia dotis retentionem amittit. de lege si cum dos 8. quae nec ita expendat, nec exponat post Accurs. Barth. imo planè si dotis et rerum amotarum debitum pecuniarum fuisse, in d. lege si cum dos 8. ita ut, compensationis eo nomine locum esse possit lege si conuenerit 18. de pign. act. omissa compensatione indebiti condictio marito competeret, quia quis compensare potuit ipso iure non debuit. lege si ambo. 10. de compensation. lege quinimus 30. de cond. indeb. quamuis contra reclamet Barb. notatus à Schiford. lib. 1. q. 3. tr. 1. quemadmodum eadem ratione, si marito omissa compensatione propter varias impensas totam dotem soluerit, repetere potest, ex egregia Marciani dicta in lege quod dicitur. 5. § ult. de imp. in res dot. explicant ut sub. 3. parte n. 4. sol. matrim. eleganti Fab. de err. decad. 93. err. 5.

57. Sed nec ob res amotas retentionem dotis marito denegandi in actione ex stipulatu, Iustinianus vult; quoniam ita dotis fauor suadet, et maritus iniuria non afficitur, cum possit rerum amotarum actionem sibi deuolere, quae introducta est aduersus eam, quae uxor fuit, ut amotas res restituat, lege 1. de act. rer. amot. nec turbamur, aut deturbatur ab hac dicta argumento Antonij Fab. de err. dec. 82 err. 3. ubi audenter affirmat, retentionem propter res amotas ineptè, aut iniquè sublatam esse à Iustiniano sub praetextu rer. amot. actionis marito relictae, quoniam haec actio nunquam aliter competit, quam si diuortij consilio (seu animo) res amotae sint, et diuortium secutum sit. lege verum 25. de act. rer. amot. lege 1. et seqq. C. eod. tit. quare cum hodie apud christianos diuortium nunquam dirimatur matrimonium. cap. gaudemus 8. de diuortijs. consequens videtur, nunquam hodie rer. amotar. actionem competere marito posse, et proinde adimi ei non debere, retentionem propter res amotas. ea ratio neque certa, neque firma sit, quia quamuis fateamur retentionem hanc simpliciter dotis res potuisse in actione rei uxoriae, neque ad casum diuortij esse restrictam, ut affirmat Fab. ex lege 1. C. de rer. amot. et regulariter commodius sit retinere, quam agere. § Iusti. Inst. de oblig. quae ex delicto, dotis tamen fauor retentionem marito denegari suasit, ut agnoscunt Cujac. et Gifan., hic quod salua ei manet rerum amot.

Vz

tarũ actio, qz in ea quoq dotis retent.e melior ē, q.a dãnũ ex furto illatũ repræsentat, idē statũ post diuortiũ res amotas restitui cogit, ut signanter signat Paulus in lg. si mulier. 21. §. rerũ. ḋ act.e rer. amot. cũ tñ dotis retentiōe nullũ eos consequatr ma ritus, qz in act.e rei vxoriæ, qz n̄ statũ post diuortiũ competit. §. cũ autẽ in fin. hoc. tit. notat Cujac. ad tit. C.e rer. amot. id etiã ĝ diuortio mortis vinculũ enĩ diri matr solũ tñ separaō cōmittitr. cap. ex publico. ḋ cõuers.e cõiugator. qz in diuortiĩ locũ, quoad omē iuris effectũ successit, ut docuimus s.a n. 4. in fin. et ideò, si futuræ se parationis cõsilio res amotæ sint, et separaō sequatr dubitari n̄ debet, quĩ ma ritus rerũ amotarũ act.e cõponit, et omittas, aliãs quoq eo noĩe actiões cõpettere, quæ extra retentiões, et rerũ amotarũ actiões iure suo mederi pñt, ut constat ex lg. si cõ.a §. ult. lg. ob res. 24. cũ seqq. ff. ḋ act.e rer. amot.

58 Altera retentiōis species, ppter liberos cõponitr à Iustin. in Vlp. sileat, cæteris in hoc tractu tanto illius tñ, q.to implicatior. igitr si mulieris culpā, vel eius patris, cuius in potestate mulieri diuortiũ intercesse maritus ppter singulos liberos ex matr.o sit cõe susceptos totidẽ certas dotis p.tes retine re poterat, n̄ plures tñ q.a 3. certas, idē n̄ ult.a dimidia p.tẽ dotis, teste Vlp. in frag. tit. 6. Vlp. ppter liberos. Paulus. lib. 2. inst. tit. ḋ dotib. apud Boetiũ in topicis. exornat Brison. lib. 5. de formulis. Barb. in lg. post dotẽ. 40. n. 5. sol. matr. Sed hæc ita si act.e rei vxoriæ dos peteretr, ĩ qua formulis ... ex ipsis formulis Vlp., quorũ meminimus in §. id etiã ignoramus. n. 1. 1.a h. tit. retentiōnũ suadet illa raō, q diuortio facto culpa mulieris; Equius melius ē, certas retinere p liberis ut ait Boetius laudatus à Cujac. hic. ex qua obseruaōe enodari posse, obscurũ tx. in lg. si cũ post. 69. ḋ iur. dot. ut si mulier post diuortiũ viro scienti in par.e dotalis prædiorũ longo tpore fuerit responsũ ē, maritus dotẽ petentẽ doli except.e sub mo veri posse; q.a ex parte longa ptr. diuortiũ tacitũ pactũ ḋ n̄ petenda dote p̃sumitr, et consequentr significatr longa pat.e cessante potuisse maritũ post diuortiũ dotẽ cũ effectu petere, q.a tñ falsũ ēe apparet. ex lg. 39. §. si nuptura, ḋ peculio. quarè tx. ita explicat Schifford. ad Fab. lib. 3. tract. 2. q. 9. ut fateatr; regulariter mer ... fieri doli except.e tauri posse, si maritus post diuortiũ ex p̃missa dotis agat. ḋ lg. deposui. 39. §. si nuptura. q.a dolo petit ab ea, cui confestĩ restituturus ē. lg. si socer. 44. §. ult. sol. matr. cessat tñ doli except.e si diuortiũ mulieris culpa fiat, ut accedit apud Cap. in ḋ lg. cũ post. 69. ubi post Accurs. glo. 2. ita fingit Cujac. lib. 4. resp. Cap. Dueñas glo. 2. regula 201. n. 2. quia tunc maritus ppter liberos certas retiner re posset, potuisse vtiq dotẽ p̃missã cũ effectu petere, nisi ex silentio longæ posse ssionis tacitũ cõuenisse videtr, ne dos peteretr. ḋ lg. cũ post. 69. lg. 2. et seqq. C.e de pactis. mihi tñ hic pars placet, q.a ppter liberos marito tribuebatr retentio, n̄ petitio; ut ait Vlp. ḋ tit. 6. Vlp. ppter liberos, et diuerso culpa mulieris fac to n̄ totã dotẽ, sed certã duntaxat ptẽ liberos, vel mores grauiores octauã ptẽ leuiores maritus lucrabatr, ut p bauimus s.a n. 3. quarũ vtrunq Cap. repudiat, qui de petitiōe dotis p̃missæ simpliciter loqr. in ḋ lg. cũ post. 69. pro itaq magis,

qd.

qd ex grecorum gloris petit, docent Cujac. tr. 8. ad Afric. in d. lg. de pomi. 38. §. Nuptura. Barb. in lg. qq dotis 34. n. 52. sol. matr. ideo maritus dotem petere potuisse, nisi longa poressio. obstant in d. lg. cum post. 69. qd venerat, ut dotem venerat, in casu divortii, culpa sit mulieris facti, sic enim (quaquis alii non exprimant) supponendum e, alioquin inutile pactum foret, quo mulieris in dotem conditio sine culpa eius deterior fuerit. argum. ex lg. 2. de pactis dotal. lg. 1. ubi Accurs. vbo intervenerit. de dote praelegata.

59. Colligitur superioribus electis, et elegantes differentias inter retentionem propter liberos, et ceteros quarum apud Justinianum mentio est. haec 1.a qd cum propter mores, vel res amotas, vel donatas, vel impensas necessarias, non tantum dotis retentio, idest petitio actionis Jure marito tribueretur, ut constat ex his, qq diximus, et diximus propter liberos tantum certum dotis in retentione esse, non in petitione. Ut sp. auth.a in dicto versiculo propter liberos, idqs sine exemplo non e. lg. ex quibus. de condit. indebiti. lg. Paulus. 14. de dote excep. notat Cujacius hic. differentiis ratio, neqs ex expensa hactenus, nec exposita haec, qa ceterae retentiones causam cum pendent, vel ex praecedente maleficio veluti minoribus, aut rebus amotis, vel ex donatione Jure improbata, vel ex pensis necessariis dotem ipso Jure minuentibus omnes Juris civilis authorite. sub mixtae est. quapropter retentionem dotis actiones eo nomine dantur. lg. 2. §. de in de. ex his lebiog. de origine Juris. at retentio propter liberos sola aequitate naturae in favorem mariti comparata sustinetur, qq divortio facto culpa mulieris certas ex dote retineri, ad alendos communes liberos, suadet, nec adjuvatur Jure civili act. eo noe data, qd Jus civile alimentorum onus patri potius quam matri iniunxit. lg. si quis à liberis. 5. §. si Pater. lg. 1. de agnosc. liber. ex eodem fonte profluit 2.a differa. qq propono potius qs affirmo: nam cum de ceteris retentionibus omittendis pactio ante divortium facta nullius momenti sit, qa repugnat iuri civili generaliter de catu harum retentionum construere. lg. illud. 5. lg. obiter 20. de pact. dotal. propter liberos tamen retentio pact. ante divortium facta admitti potest. veluti si extraneus dotem donans, cum ab initio, nec suspicio antiqua liberorum occurrit, sibi res oes reddi paciscatur, hoc e, retent. propter liberos cessante. lg. ult. ver. deinde. c. de Iur. dot. explat. Cujac. hic. qa merito licet unicuique renuntiare retentioni suo tantum favore introductae. lg. si Pater. 12. §. 1. de pact. dotal. lg. si iudex. 41. de minor. quin recepta debitari potest. ex lg. si liberis. 17. de pact. dotal.

60. Tertia differentia, eademque certior est: namque cum ob res donatas, vel amotas, vel impensas retentio ex dote sit, eaque si mariti morte solvatur matrimonium. lege ut Iudicio. 15. §. 1. soluto matrimonio. quia mulieris in dote conditio deterior non sit, cum ei lucrum ex donatione, vel furto, vel impensis per retentionem extorqueret. propter liberos tamen retentio non nisi divortio facto culpa mulieris locum habet, sicuti propter mores retentio non nisi divortio facto culpa mulieris locum habet, quamquam propter mores retentio quamquam non sit eadem cum retentione propter liberos, ut recte annotat Dominus Aurr. Pichar. in dicto §. fuerat. n. 82. instit. de action. simillima tamen est, ut colligitur ex lege 2. Codicis Theodos. de repud. ubi cum imperatores Ius retentionis propter mores varie innovavent, prudenti in fine praecipiunt retentionem propter liberos in suo vigore relinqui. Neutra itaque retentio admittitur soluto matrimonio, morte mariti; non propter mores, quia mariti heres morum coertionem non habet. de lege 15. §. 1. diximus supra n. 2. nec propter liberos, quia mulieris in dote conditio sine culpa eius deterior fieri non debet. lege 2. de pact. dot. et ideo nulla utriusque retentionis mentio fit, quoties mulier dotem praelegatam repetit. lege dotem 5. ubi Cujac. de dot. praeleg. et si sine culpa mulieris divortium fiat, nihil ex dote propter liberos retinebit, ut ait Paulus apud Boetium in Topicis. quia quamquam liberis intervenientibus deterior dotis conditio fieri posse videatur, id tamen locum non habeat, nisi quoties vel mulieri non nocet, vel sua culpa nocet, ut accidit, vel cum ipsa in matrimonio mariti, vel divortium eius culpa intervenit. lege 1. vers. nunquid de dote praelegata, ubi sic explicat Cujac. quamquam reluctetur Barth. in lege 2. 1. parte n. 149. soluto matrimonio.

61. Verum cum haec retentio partim gravitate naturae de communibus liberis alendis, partim Iuris auctoritate de multanda muliere, cuius culpa divortium factum fuerit, sustineretur, ut notat Cujac. et Guifacre, hic, Iustinianus veteri antiquo Iure retentionis propter liberos in actione ex stipulatu pro dote, hodie silere iubet, duabus propter favorem dotis, cum ius toties meminimus alatis rationibus. 1.a est; quia frustra propter alendos liberos dotis retentio permitteretur, cum patres ad filiorum suorum educationem hortentur naturalis stimulus, idest linea naturae. lege 1. §. Ius nat. de Iust. et Iur. lege siquis a liberis. §. a milite. de liber. agnosc. Robertus 2. rer. iudicatar. cap. 11. et lib. 4. cap. 10. Parlador. in sexquenturia differentia 3. n. 3. Osuald. 12. cap. 4. lit. A. praesertim cum Iure quoque civili onus liber

181

liberos alendi patribus potissimum iniungat. l. ult. §. ipsum c. de bon. quæ liber. l. 3. cum sequ. c. de alen. liber. l. siquis à liberis. de liber. agnoscen. 2.a ratio est, quia nec culpa mulieris retentionem hanc inducere potuit, cum iure veteri ante legem consensu 8. c. de repud. certæ diuortij iustæ causæ præscriptæ non essent, et accideret plerunque, ut mariti dum retentionis sextorum ex dote lucrum captauant varia culparum genera in uxorem excogitarent, ut morum potius, quam criminum vitia obijcerent, ut scriptum est, in l. 2. c. Theodos. de repud. quod ferendum non est, nec bene concordantia matrimonia turbentis. l. 1. in fin. de lib. exhib. l. ult. in fin. c. de furtis. nec mulieri impunitas datur, quia diuortio eorum culpa facto pœnæ statutæ sunt imperialibus constitutionibus in l. consensu 8. c. de repud. dist. diximus ex professo. n. 4. quibus illud, quod huius loci proprium, addo diuortio culpa mulieris facto dotem &c. quæ mariti lucro cedere docuimus ita apud eum manere, ut si liberi mulieris extent ex eodem matrimonio vsumfructum Pater habeat, et bona, quæ propter diuortium lucratus est, filijs communibus post mortem suam omnino seruare debeat. d. l. consensu 8. §. ult. vers. si vero l. Iubemus 11. in fine prin. c. de repudijs. authentica ubi licet matri. §. quia vero collat. 8. l. 15. ubi Gregorius tit. 11. part. 4. nisi propter mulieris adulterium diuortium fiat, quo casu post mortem adulteræ criminaliter damnatæ filijs eius tanquam hæredibus matris bona pleno iure deferuntur, nec vsumfructum Pater habet, nisi filij fam. sint. ex l. 1. et 5. tit. 20. lib. 8. compil. resoluunt Iul. Clarus responso 24. n. 3. Sanchez lib. 10. de matrim. disp. 8. n. 12. Azeuedus in d. l. 1. n. 20.

62. Sed antequam hinc abeamus attingenda breuiter est, alia propter liberos retentio, propter quam maritus de patre dotem profectitiam petentem mortua in matrimonio filia, ut docuimus supra in §. maneat. n. 4. quintam partem ex dote in singulos liberos ex matrimonio communi susceptos in infinitum retinebat, seu deducebat, teste Vlp. in fragm. tit. 6. §. mortua. explicant expositores his disputationes Pifanus hic, et in l. si conuenit 6. c. de pactis. Cujac. in §. illo procul. h. tit. Barbosa in l. post dotem 40. n. 5. soluto matrimonio Otomanus de dote. cap.

5.

5 Fab. l. Dict. cap. 16. et 13. Cap. 1. et sequen. Schifordegr. ad Fab. 2 tract. 14. quest. 4
et 3. tract. 2 quest. 8. Nos qd plaribus vacat, adhibita superioris principij face, illustrabimus
brevit celebrem in hoc tractatu quaestionem, utrum filia in matrimonio mortua liberis etiam
superstitibus, dos profectitia patri restitui debeat, an apud maritum pro liberis remanere?
in quaestione hac fluctuant primi, et primarij iuris glossatores. Martinus namque putat
dotem profectitiam extantibus liberis apud maritum remanere, cuius sententiam quae
tota europa consuetudine in praxi receptam testat post Accurs. hic. verb. sileat Tiraquel.
apud Ovald. 14 Oment. 6 tit. C et probari manifeste videt ex leg. ult. §. l. ut legat. seu
fideicom. nomin. leg. filij 17 ad Maced. leg. illam 19 Cod. de Collat. leg. post dotem 40 de
matri. leg. 26 §. cum int de pact. dotal. leg. tale 40. §. ult. de pact. leg. 30. tit. 11. part.
4. quibus argumentis ita post alios docent Fab. l. Dict. 16 Petrus Greg. 9 syntagm. cap. 22
n. 9 Sevallos Com. d. Com. quest. 178 n. 2. Contrario Vulgarus existimabat dotem profec-
titiam omnio patri reddi debere, quod liberi defuncte mulieris extent arguo ex leg. iure. 6
Cod. iur. dot. leg. 2. Cod. de bon. quae liber. quia alioquin si dos pro liberis apud mari tum
maneret, frustra pactum interponeret, ut filij post mortem mulieris superstitibus
dos à marito retineret leg. si pater 12 de pacti dotal leg. dotali. 48. solut. matr.
sequunt donel. 14 Oment. 6 Faber. 3. Dict. l. se retractans Gifan. in d. leg. 6. Cod. de
pact. Duent. Schifordeg. 2 tract. 14. sed quod vis iure veteri verosimilius, iure autem
novo narium est, quod vis alit disquat Cuiac. lit. 6. ad Afric. in leg. ult. rem ratam heri, ali
ter Tachene 3. Observ. 21. quippe cum ante Iustinianus quintas duntaxat, non totius dotis,
sed eius quod herent, si universa dos int liberos divideret mortua in matrimonio muli-
ere retinere maritus poset, ut explicat Cuiac. in §. illad pacul hoc tit. licet alit Gifani-
hic Faber 13. Dict. l. Schifordeg. d. tract. 14 quest. 4. apparet dotem reliquam liberis
etiam superstitibus ad patrem reverti debuisse: hodie vero post Iustiniani constitutionem
verissimum est dotem integram patri reddi debere, quia propt liberos retentio non solum sex-
tarum, sed etiam quintarum sublata est, ut diximus supra n. 13. et evincit generalis illa
ratio, cum ipse natura stimulus patrem ad liberorum suorum educationem hortet §. 8. accedit
h. tit. Unde patri dotis profectitiae nomine actio ex stipulatione tacita prodit indistincte
agnoscunt post Accursium hic Faber. ubi supra licet Schifordeg. dicentiant ipse Faber
l. Dict. 16 Bart. in dict. leg. post dotem n. 5 Duar. ad leg. si dotal 58. solut. matr.
et prensit Accurs. hic verbo sileat. Contrarium tamen utrum attinet servandam Marti-
ni sententiam, quae moribus recepta est, et apud nos probat aperte in d. leg. 30 vers. Ley. tit. 11.

part. 4.

part.ª 4. Zevallos comm. contra comm. q. 378. n. 5. quibus in rei valore danda peccant Pragmatici.

64. Super 5.ª et postrema retentionis species propter impensas in res dotales factas, quas concinna potius, quam longa commentarij tunica vestremus. Impensæ igitur aut necessariæ sunt, aut utiles, aut voluntariæ l. 1. et § ult. cum ll. seqq. ff. de imp. in res dot. fact. l. 79. ff. de V. S. Necessariæ sunt quarum impendendarum necessitate, ff. l. 1. in prin. quia his non factis dos minueretur l. 14. ff. de impens. in res. vel res dotalis peritura, aut deterior futura esset. ff. l. 79. ff. de V. S. ita ut maritus ob impensas non factas condemnari possit, l. et in totum 4. ff. de impens. in res. quales sunt impensæ factæ in reficiendis domibus ruinosis, vel ægrotis servis curandis. ff. l. 1. in prin. cum l. seqq. eod. l. necessarias. 8. ff. de pign. act. Notat Ulp. in fragm. tit. 6. vers. necessariæ. Utiles impensæ sunt, quæ meliorem et utiliorem dotem faciunt. l. quod dicitur. 5. in fin. ff. de impensis. nec deteriorem esse sinant, ut scriptum est in florentinis codicibus, in d. l. 79. ff. de V. S. idest, quibus his omissis dos deterior non fiat, ut explicat Cujac. veluti si vineæ arboribus maritatæ sint. l. ult. ff. de termin. mot. vel ultra quam fuerit necesse maritus defenderit. ff. l. 79. § 1. aut si vineta, aut olivetа in agro dotali posuerit, ut ait Ulp. ff. tit. 6. vers. utiles. vel si servos dotales artes docuerit: hæc enim plerumque inter utiles impensas recensentur. ff. l. 79. § 1. l. 6. l. impensæ 14. ff. impens. in res. quæquis necessariæ quoque esse possint, veluti si novæ villæ vel horreum maritus extruxerit necessarium in prædio dotali, ne alioquin reditus diminueretur. l. divortio. 8. aliás l. fructus 7. § ult. solut. matrim. sicuti impensæ factæ in reparatione domus, quas necessarias esse diximus, utilibus inter dum connumerantur, veluti si ædes dotales sine culpa mariti collapsæ ab eo restituantur. ff. l. fructus 7. § ult. ubi late Barth. l. parte n. 32, voluntarij quæ sumptus utiles aliquando sunt veluti si fiant in rem commercatam, idest venditioni expositam, quæ ita pretiosius emptorem inveniet leg. nisi 29 de rei vendi. Donel. 20 comment. 7. Denique impensæ voluntariæ sunt, quæ ad voluntatem magis pertinent, quam ad utilitatem leg. 3. 9. sed si mutua de iure verso. et speciem rerum ornant, nec fructum augent leg. voluntariæ 7. de impens. V. leg. impensæ 79. quæ nec omissis deterior, nec factis dos fructuosior fit,

ut ait

ut ait Ulp. d. tit. 6 in fin. veluti picturæ, aut ordinaria in domo dotali et similia, eorumque mentio in leg. impensæ 14 de impensis. leg. Utiles 39 de hered. petit. leg. 44. tit. 28 part. 3. leg. ult. tit. 12 part. 4. Garcia de expens. Cap. 1. n. 10.

4 His igitur generaliter positis, ut prius retentionis ius ob impensas explicem, ut observandum est ex regulis iuris antiqui, necessarijs impensis dotem ipso iure minui, id est universitatem dotis hactenus minorem effici, quatenus impensum est leg. quod dico §. de impens. in res dotal. leg. 1. §. impensæ leg. dote §. de dote prælegat. et ideo merito propter necessarias impensas in actione de dote quasi retentio dicta est ut dicet Iustin. in §. item si de dote inst. de action. et dicitur in leg. ult. tit. 12 part. 4. Cum tamen idem Iustin. in actione ex stipulatu nullam retentionem admittat, nec satis idoneam sibi videri restat, utrum quæ una eadem que non, quod cum quod retinet propter impensas necessarias desinat esse dotale, non dotis retentio, sed quasi retentio, vel compensatio potius cum dote ex causa cedit, quæ nec à Iustiniano sublata est, nec repugnat omni actionis ex stipulatu, ut docuimus supra n. 6. elegant. Bald. et Cuiac. hic ex quo facile explicabitur obscurus locus in leg. si filius familias 25. solut. matri si iungatur Cuiac. 36 Paul. ad edictum et 23 obser. 3. Barbos. in leg. si cum dotem 22 §. transgressam n. 21. solut. matrim.

leg. 25. solut. matri.

Denique quod dicimus ipso iure dotis universitatem impensis necessarijs minui, sic accipiendum est, ut quantitas confecta ex universitate rerum dotalium æstimatione minuat, ut exprimit hic elegant. Cuiac. 23. observ. Ceterum corporalem in dotem datam non minuunt propter impensas, absurdum enim erat propter pecuniam erogatam ipso iure dotalem fundum minui, ita ut in solidum, vel pro parte dotalis esse desineret, ut considerat Ulp. in leg. quod dicit §. de impens. in res dotal. leg. 1. §. impensæ de dote prælegat. leg. qui 56. §. quod dicit de iur. dotium, ubi corpora dotalia non sunt, sed pecuniæ; veluti si in dotem pecunia et fundus datus: quæ propter necessarias impensas in fundo factas universa dotis æstimatio, et pecuniæ quantitas in dotem data ipso iure diminuit d. leg. quod dicit ver. ergo sicuti si res quædam æstimatæ, quædam inæstimatæ in dotem sint ob necessarias impensas factas in res non æstimatas minuit quantitas dotalium æstimatarum leg. quod dicit §. verum proinde de impens. in res dotal. ut interpretatur Barbos. dict. §. 3 rubric. n. 25. Nec repugnat superioribus, quod scriptum est in d. leg. si is qui 56. §. quod dicit fundum dotalem esse desinere si pro partes in eum tantum impendat, quanti totus est ex sententia Nervæ, atque probavit Paulus in fine; nam fatendum est fundum illo casu desinere esse dotalem propter impensas necessarias, non tamen absolute, et irrevocabiliter quod Ulpian. negat in dict. leg. quod dicit §, sed ita demum ut si mulier intra annum impensas marito solverit, rursus dotalis fiat, et ideo interim alienari non queat. arguo ex leg.

quod

pro impendiis ll. ff. defend. dot. Ouield. ad Donel. 8. Comment. 14. lit. B. vbertin Barbosa ex supra n. 33.

Praeterea ex eiusdem regulae filo deducimus dote mulieri per legata heredem mariti ob impensas mariti necessarias quasi retentione uti posse, quia vir ob res donatas, aut utiles impensas non possit leg. dote §. de dote praelegat. diximus supra n. 7. Nec moratur me his angustijs intricatum fragmentum Scaevolae in leg. Maevio 41. §. à me de legat. 2, quod omissis emendationibus, et expositionibus Roucani 1. variar. lect. 3. Cuiac. 33. observ. 13. Garcia de expens. cap. 13. n. 50. affirmo potius distinctionem adhibendam esse inter extraneum et maritum vxori dotem legantem: quoniam extraneus vxori heredi sui dotem, vel quidquid ad eum dotis nomine pervenerit ab herede eadem quae marito legaverit, nihil efficit, quominus dos integra deductione non cessante mulieri debeatur; quoniam ad maritum ab initio integra tota dos pervenit: attamen idem ius servat in testamento mariti, à quo si vxori dos legata sit, vel quidquid dotis nomine pervenit, id videtur legari, quod actione de dote continetur, et ideo ob necessarias impensas quasi retentio heredi permittitur quoniam ad eum per quantitate expensarum non pervenisse dos censetur, cum ipso iure minuta sit explicat Peralta et Sarmiento in dict. leg. maevio §. à me Barbos. d. parte 3. n. 30.

Varius circa impensas utiles ius certum fuit in actione rei vxoriae potuisse maritum pignori, vel pignoris loco retinere dotem propter impensas, et deducere si modo eas volente muliere fecit, ut post Iustinianum hic apparet ex leg. voluntarie 7 §. cum leg. sequent. de impens. in res dotal. d. leg. dote §. Nec obstat decretorium plane argumentum ex leg. fructus 7. vers. vir in fundo solut. matrim. pro cuius deplorati loci solutione videndi sunt praeter laudatos à Barb. in dict. §. si vir Castillo de Vsufruct. cap. 37. n. 17 Hotom. 2 observ. 12. Parlador. 1. rer. quotidian. cap. 15 et 12 cap. 2. Gutierrez de tutel. 3. parte cap. 25 Sarmient. 3. select. 10. Robert. 1. animadv. 10. Verum ut perquam sit Iustinianus hodie sublata retentione impensas utiles marito mandati actionem tribuit si volente muliere fecerit, si sine eius voluntate negotiorum gestorum, quod quem non inique. ut contendit Faber. decade 82 errore 4. Sed iustissimo dotis favore, ut explicant Cuiac. et Bisani hic. Illud generaliter notandum impensas utiles, et necessarias maritum deducere non posse, si per modicae sint quae iudicis arbitrio aestimandum leg. commodo 12. leg. penult. de impens. vel si fructuum praesentis anno colligendorum fiant leg. 3 §. fin. leg. ult. de impens. leg. 7. §. 16. solut. matrim. vbi late Barbos. 1. parte ex n. 9 Donel. 14 Comment. 8. Sed iure

Regio

Regio si lucra ex matrimonio supersint impensę utiles, vel necessariae factae a parte marito, et mulieri imputant Spino in speculo testament. glos. 11. princ. n. 8. Azeued. in leg. 2 n. 11. tit. 9 lib. 5 compilat.

Deinde propter voluntarias impensas nec olim retentio, nec hodie petitio marito concedit, sed deductio duntaxat operis, quae vir volente muliere fiant leg. voluntariae d. leg. in voluntarijs ff. de impensis leg. ult. tit. 11. part. 4., quia dotis conditio nec volente muliere deterior fieri potest ob impensas voluntarias Barbosa ubi supra ex n. 88.

quibus expeditum cum Iustiniano re linquimus retentionum trac tatum Deo fautore et Authore.

Desde el fol. 1[illegible]4. al 157. Acaba Blanco.//.

De Incunda Æstimatione rei.
Tractatus 2. ad Leg. Si Kalendis. 11. ff. tit. De Re Iudicata

Per D. D. Joseph. de Acres. &c.ª =

Aggredimur omnium, quæ in hoc tit. ff. difficillimam tractationem nedum ab interpretibus, sed ab ipsis iurisconsultis ambigui dicentem: in qua vix est ullus, qui sibi constet; olim controversa fuit inter primos iuris Doctores Irnerium, Joannem, Martinum, Hugolinum, Azonem, et cæteros quos refert Accursius in leg. Vinum 22. de rebus credit. leg. in hac actione 3. de condict. tritic. leg. 3. § in hac actione ff. commodat. Secuti sunt Bart. Bald. Fulgorius, Castrensis, et Jason, qui valde sese invicem impugnantes nihil aliud fecere, aut fecerunt, quam spargere nebulam ipsis textibus per se tenebrosis. Denique Donel in dict. leg. Vinum et in dict. leg. 3. et in lege quoties 59. de verb. oblig. Cuiac. tract. 8. ad African. in leg. hominem 37. mand. et lib. 2 desfonm Papin. in leg. fundum 28. de novatio. et Ant. Faber, fere toto lib. 16. coniect. et de errorib. pragmat. decad. 16. 17. 83. 89, et in multis rationibus novas opiniones invenientes, invehentes novas difficultates rem obstruxerunt. Pro Fabro contra cæteros pugnavit refertissimo agmine Gaspar Schifordegeir. lib. 4. quæst. foren. ad Ant. Fabrum tract. 20. et sequent. usque ad 28 ubi reijcit Andreæ Colij Dicertationem, quas mihi videre non contingit. Ex Salmanticensibus nostris audio ad dict. leg. Vinum scripsisse primarium olim professorem Doctiss. Doctorem Joannem Pueyo de Llanos D. Bartholomei veteris collegii meritissimum, Doctissimusque alumnum, aliqua ne omittenda tradidit magnum eius domus incrementum, Mecenas, et Antecessor meus clarissimus D. D. Joannes Chumacero Carrillo, in Dodecade celectarum. disp. 6. et eruditissimus Preceptor meus D. Nicolaus de Castro. prælect. 6. salmanticensi. §. 59. per totum. à n. 167. et licet de tenuitate ingenii mei parum confidere possim quamvis in re adeo ambigua invenerim quid sequendum sit, tamen Charissimi et Charissimi Auditores non pœnitebit me, nec vos forum in medium offerre quod hac obtrusa tractatione legi, relegi, collegi omnes supra laudatos evolvendo, et serio, sedulo que observando, quod magis vobis textum accom

mo

modern. Dponent q Auditor. Egtati, et Vitui forenci, sigdz Cujac. in d. l. hoc. ad fin. n. dubitabit asserere; cum d. in eundo estimatio rei agit, nullus ee hodie, vel Iudicem, vel patronum, vel Iuris Dn. l. q n. hereat, meat q suspensus. Dicam ad rem.

Conclusio. 1.a

De Re promissa, vel alitr debita in diem Certum

1. Sit 1.a et communissima DD.rum cum res ex stipulatione promissa vel debita ex quovis alio Dcontractu soluenda e in diem certum, veluti Kalendis Iullij, eo tempore estimatio facienda e, quanti fuit, q.ti valuit Kalendis qbus dari debuit. Hec DD.rum universalis e, tenet q in omnibus contractibus et causis debendi, sive bone fidei sint, sive stricti Iuris, sive debeatur certa species, ut Sthicus est, vel fundus, sive debeatur genus qualec Triticum, Vinum, oleum et similia: sive sit obligatio dandi, sive faciendi, probatur in primis ex textu in nra l. si Kalendis. 11. ubi docet, diem adiectum inspiciendum ee, licet multo post incipiat Iudicium; q.a illud tempus inspiciendum e, quo novissime solui debuit, perfuit dies adiectus q statum, et ipso facto interpellat ad solutionem. l. Traiectitie. 23. d. O. et A. l. magnam. 13. C. d. comitenda et D.a h. stip. et notandum est, loq. d. obligatione faciendi. ibi: si Kalendis fieri aliquid stipulatus sis; p. tr quoq. ex l. ubi exigitur. 8. §. 1. d. edendo. in quo si reus instrumenta n. edidit Dcondemnandus e q.ti interfuit actoris edita n. fuisse habito ru illius diei in quo Iudex edi decrevit. q.a cum obligatio sit facti, neppe edendi, et succedat, si n. fiat obligatio ad intree. l. si qs ab alio. 13. §. ult. h. tit. Dreg. e, ut tunc succedat, q.do Iudex diem prefiniuit editioni, ita D.a Emidatus fabri, recte Dd. Nicolaus de Castro post Accurs. d. prelect. 3. n. 191. post medium. et ex l. q autem. 12. §. 1. ff. si qs cautionibus. ubi q. eo in Iuditio n. sistit, die in satis datione prestituto, obligatur ad intree adversarij, videlicet q.ti eius interfuit statum n. fuisse illo ipso die, q. promisit. et ex l. si quis quo. 55. d. peculio. ubi q alterum, vi exemit, ne ad Iuditium traheretur ad illud intree obligatur, q haberet actor, si illo ipso die exemptionis ad Iuditium accederet. Et in obligationibus dandi

di

dandi, diceret stt tx in d. l. vinum. 22. ff. reb. cred. l. ult. ff. de solutione
triticaria. l. si fundus. 114. ff. V.O. Ratio quia venit naturaliter eadem
hentium voluntate, nanque dies adiecta obligationi, volunt, ut tunc fiat,
vel praestetur: quod illius utilitatem respiciunt, quare si postea de aestimatione
litigant ad illud tempus spectandum est, ita Schifordeg. lib. 1. tract. 21.
q. 5. et tract. 22. q. 6. et 7. et est de mente omnium.

7. Explicatur lex cum qs. 22. ff. o. et a.

Sed 1°. obstat tex in l. cum quis. 22. ff. o. et a. cuius
verba sunt: cum quis in diem certum mense stipulatum fideiussorem accepit, eius temporis
aestimatio expectanda est, quo satis accepit. omissa emendatione, quam Fabri.
lib. 16. coniect. cap. 10. quae de fide exemplarium est, licet eam stabilire intendat
sum Schifordeg. lib. 1. tract. 28. q. ulta. retenta quae vulgari litera, ut
par est; difficultas statim insurgit. nanque si meminit aestimatio a fide-
iussore petatur inspicitur dies contractus, quo creditor satis accepit; quod si cum
reo inspicimus ad aestimationem in eundem diem pacti adiectum cum satis sit
inspicere diem contractus celebrati. ut huic satisfaciant difficultati glossa,
et Barth. et cum illis Donel. in d. l. vinum. n. 11. Morla in emporio
Iuris. tit. 8. in praeludijs. n. 59. et 60. Castro in d. praelect. 3. n. 190.
sensent illa verba, quo satis accepit, accipienda esse de die in quem
stata fuit fideiussoria obligatio; ut sensus sit inspiciendum esse illum diem,
ad quem fideiussor promisit: nec id aliquid absurdum involuit, cum fide-
iussor praesenti die accedere non possit, quando principalis obligatio diem
certum solutioni habet. l. grege. 8. §. illud. ff. fideius. §. fideiussor.
inst. eod. tit: quod satis probabile est dicere, diem fideiussionis esse diem
principalis obligationis, cum suo Fabro perhilarascatur Schifordeg. qui in
effectu ita docet, licet a cis recedere affectet, d. lib. 1. tract. 28. q. 1. et 5.
sed quamvis haec verosimilia sint, non sunt vera, aperte enim divinant in
suppositione casus, et vim faciunt praedictis verbis, quo satis accepit,
dum accipiunt ad quem. ut praevidit Iaso in d. l. vinum. n. 14. Qua
re Cujac. tract. 8. ad Afric. in l. centum Capuae. 8. ff. eo quod certo loco.
et in recitationibus ad l. quoties 59. ff. V.O. existimavit casum
ita fingendum esse, ut postquam dies principalis obligationis venerit,
intercesserit pure fideiussor. Id praeterquam quod dies contractus regulariter
non inspicitur ad in eundem aestimationem, ut postea videbimus; etiam

Cujac.

Cuiac. supponit, qd textus nec dicit, nec indicat, quare codem vitio hec expo
sicio laborat, quo diximus laborare precedentem. ~~Ut ergo reamus~~

§
Verus intellectus

Ut ergo reamus ad vulgarem litteram et sensum naturalem textus retinendum
est fideiusorem principalem teneri in ineunda extimatione respectu temporis, quo ipse
interuenit, quia principali obligatio in diem collata sit, et quia fideiusoria
obligatio tacitum illum ipsum diem habeat. hoc ex presenti deducit ex textu et hoc est spe
ciale in fideiusoria obligatione pure concepta, siue presens sit, siue habeat diem
tacitum; queramus ergo specialitatis rationem, vel sensum verborum immutemus;
ratio est, quia mora rei fideiusori nocet, ut in leg. mora 88. de ver. oblig.; in
hac vero nocet, ut perpetuet obligationem etiam contra fideiusorem respectu ipsius rei in
obligationem deducte: et hoc amplius in iudicijs bone fidei veniunt contra fideiuso
rem omnes accesiones fructuum, et usurarum, que propter moram ex officio iudicis
veniunt contra reum principalem leg. quero 54. ff. locati. leg. siquis solutioni 24. §. ult.
de Usur. leg. 1. §. ultime ff. ut legat. nomine cauea. leg. si a colono 58. §. ult.
defideius. incrementa vero obligationis, que propter moram rei principali accidunt in
contractibus stricti iuris non veniunt in obligationem fideiusoriam, quia non sunt naturalia,
sed accidentalia leg. centum capuam de eo qd cert. loco ut ex professo dixi in acade
miis ad tit. de fideiusor. 2. parte in principio, igitur cum ad ineundam rei extimationem
inspiciat dies contractus adiectus, et proueniat ex mora rei non soluentis, consequens
est, ut illud incrementum sit accidentarium et extrinsecum contra ipsum reum, non
contra fideiusorem, qui in contractibus stricti iuris non tenetur ad incrementa obligationis
propter moram rei: ideo in d. leg. cum quis. loquitur African. de merce indie promissa
ex stipulatione, que est stricti iuris leg. qdqd 99. de verb. obli. igitur censet fide
iusor intuemire ad valorem, quem res habeat tempore contractus, quo satisdedit, non
in plus, quantumuis postea accrescat ante diei aduentum: ex quo licet sine textu
audeo asserere hanc fideiusoriam obligationem et in hac hypotesi posse esse meliorem,
sed non duriorem obligatione principali. cuique si ante diei aduentum creuerit rei promisse
extimatio melior est, cum fideiusor tantum teneatur ad extimationem, quam res
habeat tempore contractus celebrati: sin vero decreuerit, non in plus teneri, quam obligatus
est reus principalis; alioquin in plus teneretur, et in duriorem causam, quam reus principalis
contra regulam textus in leg. grecè 8. §. illud coe de fideiusor. §. fideiusores. instit.
eodem tit. Hunc intellectum acceptum fero Accurs. in d. leg. 22. expressius tamen
prestiterunt Aretinus. in d. leg. virum n. 34 et 84. ubi Bolonetus n. 42. Lonicht

n. 32

n. 32. Ant. Seringius de fideiussor. cap. 24. n. 266. et seq. agnoverunt etiam verum sensum illorum verborum quo satis accepit et speciale ius obligationis fideiussoriae Cuiac. tract. 3. ad African. in d. leg. cum quis 22. Eginarius Baro lib. 3. manual. ad tit. de rebus cred. Hotom. quaest. illustr. cap. 16. Idem de d. hend. stip. cap. 11. dec. 6. quos ut Accursij asseclas retulit et inmerito in hoc reijecit Schifordegue d. tract. 28. quaest. 5. et quod plus est hic author d. lib. 1. quaest. 2. tract. 21. agnovit rationem differentiae quam reddidi, licet huic textui aplicare noluerit, et Morla quasi similiter recedat d. tit. 8. n. 60.

4 explat lex quotiens 59. de ver. obli. Opponi etiam solet textus in leg. quotiens 59. de verb. oblig. verba d.: quotiens in diem vel sub conditione oleum quis stipulatur, eius aestimationem eo tempore expectari oportet, quo dies obligationis venit; tunc enim ab eo peti potest. Alioquin alias rei cautio erit. Haec postrema verba varie emendant auctores Hotom. d. cap. 16. illustr. ita legit: reiprobatio erit Ant. Faber. lib. 16. coniec. cap. 6. quem more etiam ad praecepta seque et suus Schifordeger. d. lib. 1. tract. 22. quaest. 6. censet legendum, alioquin rei cautionem esse. Donel. in d. leg. 59. n. 7. delet illud adverbium alias quod superfluit, et quod forsan ex aliquo glossemate in textum irrepsit, cum eius non meminerit Accurs. in scholiis, et inversum faciendum est obelis notat in pandectis florentinis, quo signo spuria verba, et quae abundant solent notari. Nihilominus retinet Cuiac. in recit. ad eandem leg. et exponit alio tempore, ut sensus sit alioquin si alio tempore aestimaret oleum debitoris cautio esset. Nos etiam retinemus ut religiose vulgarem lectionem semper retineamus, quae potius officiam interpretis. = Nunc sic esse textum inquo ad in eundem rei aestimationem inspiciemus officiam interpretis. Sed dies certus existenti conditionis, quod dies certus adiectus dictus. Sed dies certus existentibus tam diu existenti conditionis, quod dies certus adiectus dictus. Sed dies certus existenti conditionis cum venit non differt ab ipso die dictus, nec ante constituit debitorem in mora, quod interpellatio sequuta sit, quia existentia conditionis institutionem, ut docent post Barra, quod interpellatio sequuta sit, quia existentia conditionis institutionem, ut docent post Barra, Donel in d. leg. 59. d. Nicol. de Castr. d. plect. 3. n. 190. quod nihil speciale habet adventus diei certi ad aestimationem rei conveniendae, sed ex aequo attenditur tempus celebrati dictus, et implementum conditionis, qui est dies incertus.

5 Iam veteres, quos sequuti etiam fuere in d. leg. 59. et Schifordeg. d. lib. 1. tract. 22. quaest. 1. 2. et 3. et tract. 28. quaest. 2. manus dederunt quod hoc responsum existimantes adventum diei taciti constituere debitorem in mora. Sed ut in superioribus vidimus hoc singulari ex leg. cum quis 22. de obl. et actio. ita et nunc aditu admovere nostram sententiam, docet nimirum textum equiparare diem certum adiectum obligationi cum die conditionis existentis. Inprimis quia existentia conditionis per se, et sine interpellatione non constituit debitorem in mora, ut dixi, quia nec dies quidem dictus solutioni, sed cessioni obligationis; aliud autem est cedere diem, aliud venire; cedit cum primum nascitur obligatio, venit, quo novissime ut videre est leg. cedere 213. de ver. sig.

in

in puris autem obligationibus statim cedit, et tunc intelligitur evenire, quando vel lis contestata est, vel saltem petitio extraiudicialis interuenit. l. p. magnus 13. C. de contrahend. et committ. stipul. ergo sic similiter in conditionalibus cedit statim dies ab existentia conditionis; et venit ab interpellatione, seu iudiciali petitione. Igitur cum dies existentiae conditionis non sit nouissimus in quo res solui debeat; consequens est spectari non debeat ad estimationem in eundem rei.

6. Nec obstat textus noster in quo non dicitur expresse diem pleni conditionis expectari, sed absolute, quo dies obligationis venit: itaque non est decretorium testimonium, ut eo voluit uti Schiford. ad fundandam suam opinionem. Cum autem dies veniens obligationis diuersum sit in contractu conditionali et in illo qui diem certum habet, ut nuper dixi; consequens est, ut illa determinatio diuerso modo procedat in hoc, ac in illo casu. Sed tunc merito quaeritur, cur Iuris consultus promiscue quaestionem proponat in obligatione in diem et conditionali, cum idem prorsus sit de quacumque obligatione pura? respondeo tamen mentem consulti fuisse docere estimationem non posse iniri, antequam oleum peti possit, quamuis ob penuriam olei creuerit admodum pretium medio illo tempore: quod ita adeo ex ultimis verbis textus, alioquin alias cautio creierit, idest alioquin in aliud tempus, si anterius tempus expectaremus, debitor deciperetur, quoniam prius voluit urgeri absoluique, quam dies venerit, aut conditio extiterit. Sic ad exemplum eius legis idem erit. regula. ubi in tempore tacito, veluti si Capuam daturum se promisit, non prius ineunda estimatione, quam possit debitor Capuam peruenire quia tunc tantum peti potest: ergo expresse nihil decidit de die impleti conditionis. Itaque uterque casus diei certi, et conditionis in aliquo comparantur, sed non omnino comparant in hoc, ut medio illo tempore, nec res quaeratur, nec ineatur estimatio rei, ne alioquin debitor decipiatur. Sed postquam conditio extitit, non comparantur, ut statim ineatur estimatio; sed tunc cum dies venerit, scilicet post existentiam conditionis expectatur dies petitionis iudicialis, vel extraiuditialis; et ita hunc locum recte exposuerunt Barth. Castrens. et Gifan. ad eundem, et ibi Donel. n. 9. et in lege vinum de rebus cred. n. 13. Morla de tit. 8. n. 66. D. Nicolaus de Castro de prs. 3. n. 190.

7 Explicatur lex cum quid 3. de reb. cred.

Tandem opponitur huic praecipuo textui in l. cum quid. 3. cum similibus de reb. cred. in qua docemur vinum, oleum, vel frumentum, quod mutuum datum fuit in eadem bonitate esse soluendum, idest aeque bonum, vetus, et eiusdem utilitatis, ac datum fuit, siue tale, quale erat tempore dationis.

Igitur

Ziti nihil speciale hic dici adiectio, de tpe v.o ctus inspiciendum est, ad ineundam Estimaem. Cui dificulti ut satisfaciamus distinguenda bonitas intrinseca rei ab eius Estimatione. Bonitas est qualitas, quae ipsi rei inhaeret. l. quod aliud. 86. de V. S. veluti quod frumentum sit siccum, novum, mundum candidum; vinum suavis gustus vetus, et sapidum: oleum purum, desecatum, et aliunde regionibus. Estimatio vero est prorsus extrinseca; quia non provenit a re ipsa, sed ab externo accidenti: veluti quod sit copia, vel inopia talis mercis; quod vilior sit moneta, vel pretiosior: aliquando enim ob penuriam mercis carius emitur species minimae, vel nullius bonitatis, et seque ob abundantiam vilioris emitur optima species, quod usu comperimus est. Itaque bona qualitas rei cum ipsa re traditur; pretium vero extrinsece provenit. l. si servum. 33. ad l. Aquil. l. pretia 63. ad l. Falcid. Hac quasi de causa aliud dicitur de bonitate, ac de Estimatione ad bonitatem inspicimus tpus d.i ctus; quia talis res reddi debet, qualis accepta fuit. Ad Estimationem vero inspicimus diem adiectum; quia cum haec in dies mutetur, necesse est ut sequamur voluntatem contrahentium, qui ad illum diem solutionem distulerunt, cuiusque designarunt. Ita Accurs. in d. l. Vinum: verbo cum petitum etc. ubi clasici, apud Jason. n. 18. Donel. n. 8. Schiford. de lib. 1. tract. 20. q. 2. etc. Molla d. 4. 8. n. 64.

Conclusio 2.a

Tempus Presens d.i ctus inspici, quando ita expresse, vel tacite contrahentibus placuit.

8\. Explicatur lex fundus. 28. de novation.

Haec 2.a d.io nec omnino omnium, sed et lumine naturae notae, eo saltem, quod expresse convenit de ineunda Estimatione praesenti die; quia omnis d.ctus ex conventione legem accipit; idem est frg. l. 1. §. si convenerit. 6. et §. seppe. 35. ff. depositi. l. et Aristoni. 39. ff. mandati. l. d.ctus. 23. de R. I. Ex quo facili opera explicantur lex in l. fundus. 28. de novation. in quo ita quid stipulatum proponitur; quod mihi dare fundum Cornelianum? haec est 1.a stipulatio speciei, nempe fundi: postea sine ani

mo

animo nouandi, sed potius animo nouam obligationem acquirendi, ita stipulatus fuit: quanti est fundus Cornelianus? quae est 2.a obligatio quantitatis, scilicet aestimationis fundi et nunc intermittimus tractatum, de quo docet Papin. si ex 2.a stipulatione agat ad fundi aestimationem inspiciendum esse tempus in quo 2.a ea fuit illis verbis, in altera vero ea aestimatio venit, quae 2.a stipulationis tempore fuit. Facilis est ratio, quia dicentes dixere quanti est de praesenti: quo ex eorum voluntate illud praesens tempus inspicit Saso cum veteribus ind. leg. vinum n. 18. ubi Donel. n. 9. et in leg. in hac actione 3. de aedil. tritic. n. 23. et. 24. Cuiac. lib. 2 defens. Papin. in eadem leg. 28 et alii citati cum qq. Morla d. tit. 8. n. 62.

9.
explicat lex hoc 37. mandat.

Ex qua doctrina facile, et proprie explicat difficilis alioquin Africani locus in leg. hoc 37. in princ. ff. mandat. Species est. Titius a te hoc certum videlicet Stichum stipulatus fuit, et Seius insensit fideiussor, qui pro debitore soluit Stichum creditori, et postea sumpsit, quo agit contra debitorem actione mandati non quidem pro hoc, quia Stichus iam solutus fuit creditori, nec alius seruus dari potest, cum species pro specie functionem non recipiat, sed genus pro genere, veluti vinum pro vino, triticum pro tritico leg. 2. §. 1. de rebus cred. quo proprie agit pro aestimatione serui soluti. Quaeritur a quo tempore ineunda sit aestimatio, et Africanus respondet, non esse referendam ad tempus iudicij accepti, id est litis contestatae, sed potius ad ipsum tempus in quo homo solutus fuit: id est illud pretium praestandum est fideiussori, quod valebat tempore solutionis, licet pretiosior, vel vilior postea efficeretur; imo licet postea decederet, quia tunc fideiussor alienauit seruum a se, cum illum soluit creditori: tunc acquisiuit obligationem pro aestimatione serui, quia et tunc liberauit reum principalem. Ergo exinde debitor manet obligatus fideiussori ad quantitatem, nec aliud tempus inspici potest ad ineundam aestimationem serui, cum iam de ipso fideiussoris non sit. Subodoratus fuit hunc intellectum Accursius glos. mag. in leg. 3. §. in hac actione commod. expressius tamen, et solidius probauit Donel. in leg. 3. de aedil. tritica ex n. 19 usque ad 23. Cuiac. tract. 8. ad Afric. in d. leg. hoc. et in recit. ad d. leg. quoties 59 de verb. obl. Schifordegue. d. lib. 1. tract. 21. quaest. 3. in princ. licet in expositione finis legis non recte segeiat, ut postea dicam, et nemine laudato Morla ubi proxime n. 63.

10
explicat difficilis textus in leg. ratio 3. §. si venditorem pen. de actione empt.

Ex eadem etiam doctrina exponendus est vexatissimus Pomp. textus in leg. ratio 3. §. si venditorem penult. de action. empt. Species est: quidam vendidit vinum moram quae fecit quominus traderet: emptor cum sua non referret amplius vinum illud petere, agitat aestimationem. Quaeritur quod tempus respiciendum sit ad illam ad illam ineundam? Videt iurisconsultus duo tempora respicienda esse nempe tempus in quo vinum venijt, vel tempus quo res in condemnationem deducit. Tempus in quo venijt

est

est tempus contractus ipsius, tempus in quo reus in condemnationem deducitur, est tempus per quod durat
lis. itaque sunt duo tempora, quae divisim expectanda sunt, ut hoc vel illud eligat cre-
ditor, non ut ex die contractus crescat condemnatio per totum tempus usque ad rem iudicatam, ut
post alios et praecipue post Alciat. in d. leg. vinum ex n. 27. docuit Cuiac. in d. leg. hoc 3
37, quam solide confutavit Donel. infra referendus. Ex rigore etiam literae Pomp. re-
jiciunt Accurs. Bart. et Classici alij, quos sequunt Molin. d. tit. 8. in praeludio n. 65 Donel.
in d. leg. vinum ex n. 12, et in effectu non multum discrepans post suum Fabrum Schifordeg.
d. lib. 4. tract. 21. quaest. 4. et tract. 22. quaest. 3. et in alijs, qui illa verba quo venijt
accipiunt de die certo adiecto traditioni vini, ut significent ad quem diem venijt, quae hac
ex positio vim facit literae ut agnoscet quilibet, notavit quoque D. Nicol. de Castro
dict. praelect. 3. n. 192

Ut ergo verum sensum eliciamus primo notandum est cum Bart. Fulgos. et
Castrens. quos sequitur Jaso. in d. leg. vinum n. 18 a solitis, et communi mente contrahentium in
hoc differre contractum mutui a contractu emptionis et venditionis: qui mutuum dat non
cogitat, ut statim sibi res reddatur; nulla enim esset mutui utilitas, si statim red-
dendum esset. Ex diverso qui emit eo animo comparat, ut venditor sibi statim rem tra-
dat, nisi dilatio apposita sit traditioni ex pacto contrahentium, quod nemo negabit ab usu
forensi et a solita negotiorum facie. Ex hac animadversione consequimur eum qui
emit respectum habere ad valorem, quem res habeat tempore contractus, cum viderit eo ipso tem-
pore sibi esse tradendam, nisi frustretur venditor, et malitiose moram nectat; est enim
emptio et venditio contractus commutativus, in quo pretium habet respectum et relationem ad mer-
cem, et merx ad pretium. igitur quatenus in mutui stipulatione, et in ceteris contractibus re-
gulariter non inspicit tempus in quo celebrati sunt ad ineundam rei aestimationem, in empti-
one tamen specialiter expectat tempus, quo res venijt, ut inquit Pompo. sin autem cessa-
vit venditor in ea tradenda, quia potuit vinum post diem contractus deteriorari, et esset
iniquum expectari ulterius tempus, et quod mora eius prodesset venditori contra regulam textus in
leg. in condemnationem 73. §. unicuique de reg. iur. et hac ratione constat quod tempus ipsius contractus
inspicit ad ineundam aestimationem. Deinde noto ab ipso usu forensi, et solito more
negotiorum aliam differentiam inter mutuum vini, et venditionem vini; quia mutuum vini sem-
per facit obligationem generis, dum enim sex amphoras vini, quas debitor consumit, tenetur
que solvere totidem ex eodem genere leg. 2. de reb. cred. cum similibus. At venditio vini
nunquam est, aut fere nunquam generis, sed certi vini: vendimus enim illud vinum Campanum
Sorrentinum, quod in illis dolijs inclusum habemus, quod doliare dicitur in leg. 1. §. pen. et ult. de

peric.

peric. et comod. rei vend. et sic instar speciei e propter inclusionem in loco certo leg. si servum 108 §. quicumque in arca de legat. 1. cum aliis de quo vino incluso accipiendum est textus in d. §. si per venditorem, ut in hoc recte sensit post suum preceptorem D. Luejo, D. Nicolaus de Castro. d. prefect. 3. n. 192. igitur cum vinum quod ex mutuo debetur certum corpus non habeat, sed sit vagum, et genericum, numquam potest estimari, nisi de tempore litis contestationis, prout certificatur, ut dicam concl. 5.a ad d. l. vinum. Vinum vero quod ex venditione debetur inclusum in illis doliis ab initio certum est, et recte potest cum pretio estimatione. Ergo in illo estimando debet respici tempus quo venit. Si dixeris in d. §. si per venditorem proponi vinum venditum fuisse, et inde convincere velis, vinum in genere venditum fuisse, id est, tot amphoras vini sine determinatione illius, vel illius, quod in illis doliis inclusum est; divinabis ad textum circa rem insolitum: nemo enim est fere, qui sic vinum vendat, sed determinate illud, quod in tali apotheca habet: et hoc ad explicationem consulti necessario debet supponi sine ullo vitio divinationis, et hec de 1.o tempore contractus.

12. (Veniamus ad 2.m tempus, nempe quo res in condemnationem deducitur, quod etiam inspici potest, si hoc preferat emptor, quando venditor in tradendo vinum, moram proprie fecit, ut supponit consultus in d. §. si per venditorem, mora fit per adventum diei. l. traiectitie. d. o. et A. de qua non loquitur textus, quia si obligatio diem certum haberet illud tempus inspiciendum esset, ut dixi in 1.a concl. Fit etiam mora per interpelationem extrajudicialem, si interpellatus debitor congruo tempore, et loco non soluit. l. mora. 32. d. usuris, et per litis contestationem. l. magnum. 13. C.e de contrahen. et com. stip. De utraque igitur mora, et potest, et debet intelligi consultus; mora enim facta expectatur in corporibus, tempus rei iudicande, id est; quanti plurimi sit a die more, usque ad diem iudicandum, ut dicam infra concl. 4. et hic est sensus illorum verborum rei iudicande tempus inspicitur, et quo res in condemnationem deducitur, ut ibi clarius exponam; ita quod sensus erit emptor eliget vinum ex duobus temporibus ad petitionem estimationis vini doliaris, quod ut species venditum fuit, vel tempus contractus, vel tempus more, quod comprehendit omne tempus a die more usque ad diem sententie: intermedium vero tempus non expectatur, ut in hoc recte sensit Schifordeg. d. lib. 1. tract. 27. q. 6. in quo tamen recedo a communi veterum, quos laudat, et sequitur Alciatus d. l. vinum d. n. 24.

Prop

13. Explicatur lex si sterilis. 21. §. cum per venditorem. 3. de act. emp.

Respondent valdè similis est dictio Pauli in l. si sterilis. 21. §. cum per venditorem. 3. de act. empti. proponit rem venditam fuisse, et per venditorem moram factam fuisse quominus traderetur. ait dubitari ita esse tandem esse estimandam, ut contineant eam utilitatem emptoris, modo circa ipsam rem sit, non extra rem. extra rem dicitur accidentaria utilitas: veluti si potuit ex vino negotiari, et magnum quaestum facere; quia illius generis non erat copia; hic quaestus faciendus non computatur, quia multi sunt casus quibus etiam tradito vino, illud possent avertere: item si familia servorum fame laboravit, et aliquot mortui sint, quia triticum non fuit traditum; est enim casus accidentarius, cui potuit aliis modis occurrere. Igitur nec attenditur ad lucra per accidens amissa, vel ad damna per occasionem remotam perpessa, sed ad lucra, et damna circa ipsam rem, et proximè contingentia. damna proximè obvenientia circa rem, aut ratione rei sunt, si sciens tigna vitiosa vendidit, et emptor ea adiunxerit aedificio, quod corruit ex vitio tignorum: si servum furem sciens vendidit, et is aliqua emptoris subripuit, vel alios servos ad fugam solicitavit. l. si servus. 4. l. Julianus. 13. in princ. et §§. sequentibus de action. empti: si emptor in aliquam poenam incidit, quia venditor moram fecit in tradendo materias venditas. l. Lucius. 47. eod. tit. lucra intercepta, quae proveniunt ex inmediata occasione, etiam veniunt. l. dimissa. 13. ff. rerum rap. heri. l. ait lex. 21. l. inde Neratius. 23. l. servus. 33. ad l. Aquil. l. 2. §. ult. de eo quod certo loco. l. quidquid. 7. C. de arbitrio tutelae. l. unica. C. de sententiis quae pro eo quod interest proferuntur. veluti emptor vini alium emptorem paratum habebat sub utiliori pretio, quod amisit ex eo, quod venditor in mora fecit in tradendo. Alia exempla suppeditant, quos supra laudavi, et ultra classicos Borel. et Ovaldo. lib. 15. cap. 4. Suarez ad l. Aquil. lib. 1. cap. 4. à princ. et per totas illas sectiones.

14. Unde iam habemus verum sensum illorum verborum: nec maior fit obligatio, quod tardius agitur, quamvis crescat, si vinum hodie pluris sit: quia talis est; numquam propter moram crescit obligatio, sed qualis erat continuatur, aut perpetuatur: quod respicit utilitates remotas, vel damna ex accide

accidentis per persa: crescit tamen ratione auctae aestimationis, si vinum vel merx post moram hodie pluris aestimet. De hoc verbo hodie varie disputant authores: Veteres recte censent hodie signare quod cum quae instans post moram usque ad sententiam, quod non percepit Schiffordeg. dicto lib. 1. quaest. 22 art. 7. quamvis de instanti sententiae condemnationis accipit agnovit tamen veram, verum quae sensum tract. 24. quaest. 1. pag. 152. quod pro hoc dilemma convincit Paul.: sive dedit, sive non dedit, si dedit cum debuit, fieret emptor vinum, posset que illud vendere, vel servare, et plena utilitate frui. vel non dedit, et hodie dandum est, id est quolibet instanti, et sic aestimatio debet iniri respectu illius temporis cum incremento utilitatis intrinsecae non tamen extrinsecae. Haec doctrina tota est Patris Molin. de iust. et iur. tract. 2 disp. 367. vers. tertia conclusio Lessius eodem tract. lib. 2 cap. 21. dub. 13. n. 101. et sequent. qui tamen eodem loco existimat nostram legem de foro externo esse accipiendam, et in foro interno teneri venditorem etiam de damna extrinseca; quem in hoc dictus Molinam ubi proxime, et Sotum de iust. et iur. lib. 6. quaest. 1 art. 3. col. 2 sequunt. Revel. et Megula apud Dianam 3. parte resolut. moral. tract. 5. num. 113. sed Lessii doctrina, et utriusque fori distinctio in hoc parte ab eo excogitata non placet quia nostra lex non fundat in aliqua praesumptione, sed in ratione naturali; quia damna, vel lucra remota nec sunt certa, nec proveniunt a re, sed ex occasione quam provideri non potuit, quia in iusti ea extorqueret emptor, etiam in foro interno ut de alijs similibus legibus civilibus ipse Lessius disputavit dicto lib. 2 cap. 7. dub. 8 in fin. Deinde quia pro sententia nostri doctoris facit elegans locus Angelici Praec. de lucro cessant. aut damno emerg. in mutuo disputantis 2.2.ae quaest. 78. art. 2. ad 1.um ibi: recompensationem vero damni, quo consideratur in hoc, quod de pecunia non lucratur, non potest in pactum deducere, quia non debet vendere id quod non dum habet, et potest multipliciter impediri ab habendo. ergo si damnum extrinsecum quod potest remote contingere, non iustificat in conscientia pactum recompensativum in mutuo, non obligabit in conscientia ad restitutionem in dicta emptionis et venditionis, quam sententiam communis est iuristarum. videndi ultra classicos donel. in dicta leg. vinum n. 28 Cuiac. tract. 8. ad Afric. in leg. si fundus §3. locati et lib. 20. quaest. Papin. in leg. Imperator 70. § licentiam de legat. 2. et cum antiquioribus Bellus Baro. in leg. de divisione § n. 31. et 32 solut. matrim.

Conclusio 3.a

Ubi mora ante acta non est in contractibus stricti iuris tempus litis contestatae in bonae fidei negotijs tempus rei iudicandae expectari.

Similiter

15 Si nihil detrahamus, adiiciamus veteribus, et simpliciter illorex plicemus
Constabit nobis oēs, et singulae conclusiones. Praesens conclusio dicertē probat ex leg. 3. §. in hac
actione 2 ff. commodat. Continet duas proprietates actionis commodati quae bonae fidei est §. actionum
28 inst. de action. 1. ē in ea sicut in caeteris bonae fidei iudicijs iurari posse in litem. iuramentum
in litem defert actori ex rōe ne auctor re sua carere cogat, si reus requierit, nollit que reddere
causans amissam ēē, ut sibi retineat, et per hunc circuitum adigit dominum, ut contentus sit pretio,
quasi ē venditio inuito domino celebrata. Haec rāo redditur in leg. si cum dos 8 §. 1. et in leg.
sequent. ff. rer. amot. Unde in rebus donatis à coniuge cessat, quia nō contra voluntatem domini, sed ex
praecia ipsius voluntate possident leg. si donatum 36. de donat. int. Ad puniendam ergo hanc
perfidiam institutum fuit, ut nō satisfaceret reus soluendo pretiū iustum pretium, sed totum quod auctor
iurauerit sua interesse rem sibi nō restitui, hoc ē iuramentum in litem. iurat ergo à domino
qui rem suam sibi restitui postulat, veluti à pupillo contra tutorem leg. tutor 8. de in litem iur. ab
uxore, vel eius heredibus contra maritum qui nō restituit res dotales leg. si filio 25 §. 1. solut.
matri. contra furem si rāe dominij agit, nō vero si agit rāe alius interesse leg. si vendidero 80. §. vlt.
de furt. contra dolosum detentatorem rei alienae leg. arbitrio 18. in prīo de dolo. et in reiuen
dicatione dat domino contra possessorem leg. eius rei 46. de rei vendic. sed si agit actione
personali condictitia pro re, quae nōdum ē petentis, sed petit, ut sibi det, id ē in suum dominium de
nuo transferat, nō pōt in litem iurari, quia deficit principalis rāo, quae ē dominij, ut in empti
one probant. text. in leg. si cum fundum 68. §. vlt. de contrahend. empt. leg. traditio 4. Cod. de actio
empt. ergo multo minus in litem iurabit in mutui stipulatione et in caeteris contractibus stricti iur.
is leg. in actionibus 5. de in litem iur. in commodato vero iurat quia et negotium ē bonae fidei, et
dominus agit de re sua sibi restituenda: unde apparet cessare iuramentum in litem, si
res aliena commodata sit, ut pōt. leg. commodare 15. ff. commodat. notant. Donel. ad tit. de
in litem iur. à prīo Faber in rāli ad d. §. in hac actione Duar. ad tit. commod. cap. 8. et quem
dam Schifordeg. d. lib. 1. tract. 24 quaest. 7.

16 De hac 1.a proprietate actionis commodati egit Ulp. in illis verb. in hac
actione, sicut in caeteris bonae fidei iudicijs similiter in litem iurabitur; sequitur alia proprietas
quae ē 2, et quam sequentibus verbis proponit consultus, et rei iudicandae tempus, quanti res ē
sit obseruat: igitur una clausula ab alia nō dependet, ut egregie adnotauit Schifordeg. d. lib.
1. tract. 25. quaest. 1. et 2. in quo valde aquus fuit Donel. in leg. in hac actione 3. de
contit. tritic. à n. 14 per sertim n. 16, qui vult utramque clausulam unam facere, et sentit
rei iudicandae tempus expectari tantum, quando iurat in litem propter contumaciam commodatarij,
et ex quodam libro, quem ego adire nō potui loco illius coniunctiuae et, reponit ut, per errorem
sententiam Azonis apud Accurs. in d. §. in hac actione verbo quanti veri. sed et, ē di-
certius in d. leg. vinum vers. cum petitum est ad medium, qui censuit aliud casum ēē,

et alijs regl., qq. ꝑponitr in tit. de rei vindicand.; et quæuis valdè variæ intr se pugnent, differentiã prædictã agnoscunt, Aliciat. in d. ꝗ. vinũ a prin. Cujac. tract. 8. ad Africanũ. leg. hoc. 37. mandati. et in d. ꝗ. quoties. 59. de V. O. Hotoman. illustr. quæst. cap. 16. Ant. Fab. lib. 16. Coniect. cap. 3. et in alijs locis apud Schifordeg. d. lib. 1. tract. 21. et 22. et tract. 25. in prin. et a q. 1.

17. In postremis verbis loquè disertè, et sub eod. themate ꝑnit diffẽrẽ intr actiões bonæ fidei, et stricti Juris, quæ inquit, in stricti litis ꝯtestat. tpũs expectetur, instituti dixit ꝑ sincopen, ꝑ in Judicijs stricti Juris, ut notatu dignũ censuit Guillielmus Fornerius lib. 3. selection. cap. 1. Superest ergo ut exponamus, qđ sit tempus rei ꝑu iudicandæ, qđ diversũ eẽ à tempore rei iudicatæ ipsa ꝑpè latinitas ostendit. Est tempus quo res in ꝯdemnationẽ deducit, ut Pompon. dixit. in leg. 3. §. si ꝑ venditorẽ de action. empt., hoc autẽ tempus litis tractũ successivũ ꝑ ẽe illud ꝑ qđ durat iudiciũ, q.a ꝑ illo, hoc tempus rei iudicatæ ẽ in fieri, ut ita me exponã. Nec ẽ ullus locus, qui ad æstimãẽ ineundã meminerit rei iudicatæ, ut ad illud instans respiciat, quare vera ẽ sententia cõis antiquorũ apud Alciat. in dict. leg. vinũ ex n. 24, qui docent tempus rei iudicandæ includere õe tempus à litis ꝯtestatione usque ad ultimã sententiã, quis ab eo ꝑ instituto recedat Schifordeg. d. lib. 1. tract. 27. ꝗ. 6. Sic similitr tempus litis ꝯtestatæ ẽ tempus accepti iudicij, n. accipiendi: q.a tempus accipiendi retrorsũ currit leg. 2 §. quæsitũ 3. de privat. delict. juncta leg. cũ fundũ 31. de reb. credit. ut post Accurs. rectè notavit Suarez ad legẽ Aquil. lib. 1. cap. 4. sect. 5 ex n. 14. et prius indicaverat Dom. Chumat. select. disp. 6. n. 7, qq. vis confunderint Cujac. et Faber ab eodẽ Suarez laudati.

18 Rão diffẽ int utrũque iudiciũ

Rão diffẽ ẽ, q.a in strictis iudicijs debet iudex facere sententiã ꝑinde ut res petita fuit leg. ut fundus 16. cõi divid.; quare cũ petat rei æstimatio, ut super illa fiat litis ꝯtestatio, debet correspondere sententia ad litis ꝯtestationẽ; q.a in illa ꝯtitit leg. 3. §. idẽ scribit de peculio, et vetus actio novat, transfundit que in novã actionẽ iudicati leg. aliã 29. de novatio. sive ut Papin. dixit, ad aliud tamẽ ꝑpositũ in leg. 2 de usuris. quale ẽ qđ petit, tale dari debet. Igit sive crescat, sive decrescat postea æstimatio, parvi refert, nã id tempus ꝑcisẽ expectari debet, ultra qđ potestas iudicis extendi n. põt. ut rectè docet Schifordeg. d. tract. 27. quæst. ult. Unde elegant notandũ ẽ, aliud ẽẽ cõẽ rei, aliud eius æstimãẽ: cã rei ẽ õis utilitas, quæ ꝑximẽ et immediatè ex re ꝑvenit leg. si stipulatus 4. de usuris, vel uti fructus, usuræque, quæ õia post litẽ ꝯtestatã à reo ꝑstant etiã in iudicijs stricti iuris ex qq. in ꝑsonã agit. d. leg. 2. leg. videamus 38 §. actionẽ de usur. leg. si filius 78 §. 1. de verb. oblig. ut etiã veniunt in actionibus in rẽ ab eodẽ die leg. Julianus 17 §. 1.

leg. sequ

leg. sequent. leg. praeterea 20. de rei vind. et tamen aestimatio non crescit, quia refertur ad ipsam rem, non ad eius causam. Quas et alias differentias prosequitur Schifordeg. d. lib. 4. tract. 21 quaest. 7. et tract. 26. quaest. 2 et 3. post quem Fabrum, dicit que agnovisse codicem exercitat. 18. n. 5. Deinde notandum est quod nisi aestimatio corporis semper crescat a die morae ut dicam insequenti conclusione et mora dicta fiat per litis contestationem leg. magnam 18. Cod. de donat. hend. et contract. stip. tamen quia mora antea dicta non fuit non crescere in strictis iudicijs, sed spectari tempus contestationis simplici; quoniam litis contestatio duo operatur moram scilicet et novationem; cum ergo ex inde certa quantitas pro aestimatione deberi coeperit, consequens est ut nec minui, nec augeri possit. Everso iudicia bonae fidei sunt longe naturae, tribuunt que potestatem iudici arbitrandi, quod bonum et aequum est leg. si pupilli 6. §. ult. leg. quantitatem 7 de negot. gest. leg. in bonae fidei 7. de eo quod cert. loco. §. in bonae fidei 29. inst. de action. ideo licet ad aestimationem rei lis contestata sit ex iudicio bonae fidei, si postea aestimatio creverit, crescit condemnatio; quia est mora et quia iudex non tam adstrictus formulae, ut notarunt Cuiac. in leg. quotiens 59 de verb. oblig. Castro d. praelect. 3. n. 179 in fin. unde etiam colligo insignem differentiam hac in re inter usuras, et aestimationem petitam ex causa stricti iuris: novatio enim necessaria efficit, ut non crescat aestimatio: et tamen non efficit, ut sistant usurae, quae ex stipulatione antea debeant; quia novatio necessaria non tollit causam praecedentis obligationis leg. ita 24. de usuris leg. 1. Cod. de iudicijs iuncta leg. aliam 29. de novat. ut post Roger. docuit Petrus Faber in leg. non solet 86. de reg. iur. Ex qua doctrina dilucide potest explicari dicta lex non solet ubi Paulus docet, non solere plerumque fieri deteriorem conditionem eorum, qui litem contestati sunt. nota verbum plerumque, quod denotat aliquando accidere contrarium. omissis casibus ibi allatis a Petro Fabro, Bernardo, et Iacob. Gothofr., ego nostrum adiungo: ille enim qui ad aestimationem rei agit iudicio stricti iuris, si ex post facto creverit, facit deteriorem suam conditionem per litis contestationem. si vero agit iudicio bonae fidei, crescit condemnatio in quantum aestimatio creverit.

19. Ex his apparet doctissime Irnerium et Hugolinum apud Accursium glossa magna in leg. in hac actione 3. de condit. tritic. censuisse si ante litem contestatam ex causa stricti iuris debitor non erat in mora non crescere aestimationem quo ad condemnationem post litem contestatam, et in sua propria hypotesi accepisse d. leg. 3. § in hac actione commodat. et Accursius, qui dixit hoc remordere ipsius conscientiam, et rationem naturalem non animadvertisse ad eam, quod proxime tradidi, quae optimo iure nititur.

Apparet.

Apparet etiam ratio, et disting. Vulti indistincte esse accipienda: quia licet ex occatione de commodato loquutus fuisset, quia in quantitate non habet locum, sed tantum in corporibus. l. 3. §. ult. et l. sequenti ff. Commodati; tamen ex arrepta occatione generaliter docuit in strictis iudiciis ineundam esse estimationem de tempore litis motae, quia e praesedenti ratione generaliter accipienda est, in omnibus bonae fidei iudiciis, ut in illis si ante acta mora non fuit, estimatio praeter de tempore rei iudicatae nisi quid debeatur, etiam ex negotio bonae fidei, in genere enim ex natura rei non potest aliud tempus expectari, quam litis contestatae, ut dicam infra in 5.a quaestione

20.

Explicatur lex cum fundum. 31. de reb. cred. et lex hominem. 37. mandati.

Inde 1.º infertur explicatio ad textum in l. cum fundum. 31. de reb. cred. iuncta l. hominem. 37. ff. mandati. In 1.º docemur, si homo petatur per conditionem certi veluti si promissus fuit stichus per stipulationem l. stipulatione. §. ult. de V.O. vel ex alio quocumque contractu, omnes causas, et utilitates restituendas esse actori, quas haberet si litis contestatae tempore traditus fuisset: quia omnis utilitas, quae venit post acceptum iudicium restituenda est. l. quaesitum. 8. §. generaliter. 6. de [...] In 2.º asserit Africanus, si creditor contra reum principalem agat ex stipulatione pro homine certo promisso, tempus litis contestatae expectandum esse ad estimationem rei ineundam, quia stricta obligatio est, et certi conditione agitur in posiatione casus, habitis Schifordegher de lib. 1. tract. 21. q. 3. quaestionis postrema [...] redit ad fideiussorem etiam ex stipulatu agentem, ut 1.a pars de eo loquatur a parte mandati: sed verius est legem textum accipiendum esse de principali creditore agente ex stipulatione.

21.

Explicatur lex fundum. 28. de novation.

2.º exponendus est textus in l. fundum. 28. de novation. species est: Titius fundum Cornelianum sibi dari a Maevio stipulatus fuit: deinde non animo novandi, sed novae acquirendi obligationis, estimationem eius fundi stipulatus fuit per haec verba, quanti fundus est. 1.º docet Paulus cessare novationem et utramque stipulationem per se subsistere, quia deficit animus novandi. l. ult. C. de novation. §. praeterea. inst. quibus mod. tol. oblig. Ex quo duo varia infert, 1um est, si solvatur fundus promissus primam obligationem tolli: quia solutione eius quod debetur omnis tollitur obligatio. §. 1. inst. eod. tit. 2um est, 2am obligationem non tolli, quia ex ea non fundus, sed estimatio debetur, quae consistit in pecunia numerata. De solutione transit ad novationem narrans, quae fit in iudicium post litis contestationem. de l. aliam. 29. eod. tit. et subinfert, si creditor petat fundum, quo obligatio fundi in stipulationem deducti transfunditur in obligationem

iudi.

Iudicati, non transfundi in obligationem estimationis, quae diversa est, et hic est sen-
sus illorum verborum: nec si litis autor ex l.a contestetur, iunctis verbis, quae ante
cedunt, et doctrina D. Valenz. lib. 1. illustr. tract. 4. cap. 6. n. 11. et 12
et lib. 2. tract. 2. cap. 3. per totum. Suarez ad leg. Aquil. lib. 1. cap. 3. n.o 2.
Brisson. lib. 2. de solution. tit. de novat. P. Fab. in l. non solet. 86. de V. O.
et ita predicta verba interpretatur Cujac. lib. 2. defensionum cap. in d. l. 28.
Denique si fundus deterior, vel melior expost facto fiat, quaeritur de
differentia estimationis inter utramque stipulationem? et ait, in l.a stipulatione
fundi, presentis estimationis fundo petito considerari: quidem estimationis
presens fundo petito: nihil aliud est, quam estimatio quae fiet, cum petitur, idest,
cum litis autor contestatur; hec enim est propria petitio neque iudicialis l. com
plus non petiti. 15. ff. de rerum raptarum heri. docet late contra veteres Donel. in d. l.
Vinum. 22. de reb. cred. de primo. Innocencius Ciorony ad tit. extra. de litis
contestatione; quod et recte notavit Cujac. ad eand. leg.; in 2.a vero stipulatione di-
cet, expectandum esse tempus contractus, de quo dixi supra n. 8.

22. Quid sit actio triticaria?

In hunc locum non exprimunt Iuristi, nomen actio-
narii qua petitur estimatio rei, aut fundi, quod cum ad alias questiones in-
tenti esset, de hac nullam mentionem facere voluerunt. Exprimit tamen Iauq.
extra rubrica tituli in l. ult. de condict. tritic. Actio triticaria est actio
estimatoria, quoties enim debetur res, quae non sit pecunia numerata, sive genus
sit, ut vinum, oleum, frumentum, sive corpus, ut homo, fundus, etc. et per ea
petitur estimatio, quae dari non potest vel deterior facta est, extra suppositionem Donel.
in d. l. vinum. n. 5. tunc ad verum pretium rei, sive eius estimationem agitur ac-
tione triticaria. l. 1. et 2. de condict. tritic. Que actio generalis est, sive
res debeatur ex mutuo, aut ex stipulatione, que sunt contractus stricti iuris,
sive ex empto, aut alio quolibet contractu bone fidei, quae predicti tex.
non distinguunt, ut recte sentit Accurs. post Placentinum in l. 3. eod. tit.
Sed quod dixi, actionem triticariam ex contractu bone fidei pervenientem, et ipsam
bone fidei esse, non convenit iuri, licet admiserit Cujac. tract. 3. ad African.
in l. centum Capuae. 8. de eo quod certo loco. et tract. 8. in d. l. hom. 37. quoniam
ista est actio, quae non sit stricti iuris, una forte excepta actione indebiti?
Vel ideo quia inter iudicia bone fidei non connumerantur actiones in § act-
ionum. 28. inst. de action. vel aliis fundamentis, ex quo ad solidem Quin

cunt

cunt, Donel. in d. l. 3. n. 10. d 13. Faber d. Error. decad. 84. error. 3. d 4. Nanque in bonae fidei Iudiciis remedia stricti Iuris introducta fuere, quae sunt Conditiones, ut posset, si vellet Creditor strictè agere, nec amplae potestati Iudicis relinquere arbitrandi ex bono et aequo, quod aliquando nocet, ut ex l. in dubiis 28. §. exceptio 4. de Iur. Iuran. l. de eadem re. 5. de except. rei Iudic. l. siquis. 12. de novation. probavi in repetita praelectione ad tit. de V. O. tract. 1. ex n. 46. ubi de Conditione dixi.

23. Item quod in d. l. hos. 33. et in d. l. fundus 28. dicitur de incunda Estimatione rei, quae ex stipulatu debetur, nihil aliud est, quam Conditione Triticaria experiri, ut saepè notat Cujac. quare praedictorum textuum eadem est ratio, ac text. in d. l. ult. de Condict. tritic. in qua Iurisconsultus docet, si merx aliqua petita sit ex obligatione, quae diem non habet, tanti litis aestimandam esse, quanti fuit cum Iudicium acciperetur, id est, litis contestatae tempore, idque doceat Iullianus ex Sabino, in l. vinum. 22. de reb. cred. itaque habemus quatuor testimonia in hoc concordantia; in actionibus stricti Iuris, sive petatur fundus, sive Stichus, sive merx, sive genus, ante moram sequutam expectandum esse tempus litis contestatae, ut in hac parte quamvis Donel. reclamet, non sumus subtiliores, quam Iurisconsulti, qui absolutè docent, in strictis actionibus tempus litis contestatae expectari, nec distinguunt corpora à generibus, nec nos quoque distinguimus, aliòquin auctoribus iniuriam faciemus.

Conclusio 4.

Mora interveniente à die morae usque ad sententiam crescere Estimationem rei, et quodcumque tempus expectari.

24 Haec conclusio certè probatur ex leg. in rem 8. §. 1. de condict. furt. ubi quaeritur quod tempus inspiciendum sit quando res subrepta periit, et dominus conditione furtivam, si incunda est aestimatio rei, quae Iulianus inspiciendum quanti, inquam, plurimi fuit quocumque tempore ex quo fur in

fur...

factum fuit; nec furem liberari dando rem deteriorem: rationem quae reddi, semper enim moram fur facere videtur, arguit à moroso ad furem; fur ideo tenetur quanti plurimi ex quo tempore moram contraxit, hunc textum eius quae rationem vult restringere schifordeg. ad conditionem furtivam §. lib. 1. tract. 21. quaest. 4. et tract. 27. ferè per totum; sed è contra mentem consulti, ut cuilibet liquebit. [illegible] quis post furtum vel moram rei estimatio crescat totum hoc è computandum. exemplum extat in leg. ex argento 13. eodem tit. veluti si massa argenti subrepta sit, et fur ex ea fecerit pocula: veniunt ad estimationem ineundam etiam ceptahure, quae hominis à fure facta sint, vel si infans subreptus sit, et impensis furis adolescat, fiat que pretiosior; totum hoc computat; concordant textui in leg. ei qui 9. in principio leg. in furti actione 90. leg. infitiando 67. §. infans 2. de furtis, ubi extat ratio, et quod tam ridiculum è quam meliorem furis conditionem èe propter continuationem furti existimare. Fundat etiam sententiam nostram textus in leg. parvi 17. de condit. furt. ubi Pompon. ait: tolli conditionem furtivam sublata mora, vel per obligationem, vel per secundam promissionem factam animo novandi, aut his terminis textus in leg. sive debemus 29. §. ult. de verb. obli. Ecce ubi sublata mora amplius non tenet conditione fur, ut de quo [illegible] que alio debitore moroso decemur in leg. si stichum 8. de novatio. leg. qui decem 72 §. cum stichum 2. de solut. quod mora è, quae retinet et auget conditionem furtivam non furtum ipsum; alioquin purgata mora maneret conditio. Ex quo apud Triphoninum nostrum in leg. ult. de condit. furt. dubitatum fuit, utrum mora purgata censeret si fur paratus esset suscipere conditionem, id è se defendere in iudicio, et dominus non intenderit conditionem dum res subrepta manebat, sed post eius interitum movebat questionem decisio textui in leg. si quis solutioni 24. de usur. ubi morosus se paratus è iudicium suscipere, purgat moram; nihilominus in hac specie moram purgari negat Triphoninus: quia hinc paratus ad iudicium moram non facit, vel factam purgat, quando ex postfacto aliqua causa supervenit, quae dedit iustam causam litigandi leg. paratum 47 de usuris leg. qui sine dolo 63. de reg. iur. Furvero non restituens, nunquam habet iustam causam litigandi, cum retinendo rem contra voluntatem domini semper moram continuet. Notant ultra clasicos Cuiac. tract. 5. ad Afric. in leg. si servus 108 §. si servus 11. de legat. 1. P. Faber. in d. leg. 63.

Huic

169

25

ex iure lex. 2. § quesitum 3. de privat. delict.

26

explat lex in hac actione 3. de edit. Tritic.

Huic porro videtur opponi Tx. in leg. 2. §. quesitum 3. de privat. delict. ubi ponit differentiam inter actionem legis Aquiliae, et conditionem furtivam, quod in illa inspicitur retrorsum annus ex quo damnum datum est, leg. ait lex 21. ff. totum leg. Veratius 22. §. idem Julianus 2. ad legem Aquil: in hac vero fit retrorsus computatio estimationis, sed a die iudicij accipiendi, hunc diem accipiebant Anton Faber in d. leg. in re 8. §. 1. de condit. furt. et decad. 80. error. 10. et Cuiac. tract. 8. ad Afric. in indict. leg. hoc 37 mandat. de die litis contestatae, sed haec acceptio est contra literam textus, quae dicit accipiendi, non accepti iudicij: itaque signat diem ex quo potuit iudicium accipi, id est ex quo furtum factum fuit, quod dedit ocasionem iudicio accipiendo, ut dixi supra n. 17. quod elegant explat Triphon. in leg. ult. rer. amot. et ipse ex dictis commode explicatur. manet ergo mora contracta ex die morem ineundam estimationem rei, quanti umquam plurimi fuit. quae ut video communis sententia est, quam tenent Accurs. in leg. 3. de condit. tritic. glos. magn. et veteres apud Iasonem in d. leg. vinum n. 13. ubi Alciat. ex n. 12 Donel. ex n. 3. et latissime ex n. 14. et in d. leg. 3. ex n. 7 Dom. chumac. d. disp. 6 ff totum Mort. d. tit. 8. in preludijs ex n. 71. Dom. Nicola. de Castro d. plect. 3. ex n. 189, et quam vir animo refractario in effectu idem docet Schifordeg. post suum Fabr. d. lib. 1. tract. 22 quesit. 10

Ex quo facile exponitur Txt in leg. in hac actione 3. de condit. tritic. de quo largiter deliberat predictus autor tract. 24. glosam, sed ex eodem principio exponendum est. Noto Ulpianum in primis de re loqui, quae vox potest signare corpora et genera veluti stichum, vel fundum; triticum vinum vel oleum. Sed loqui de corporibus et non de generibus probabilius censet Donel. ad eandem legem ex n. 8. et 13. et ad d. leg. vinum ex n. 16. quia disputat de casu, quo res deterior facta est, vel interijt, incertum autem est de genere dici non posse, quod interreat, vel deterius fiat, quia non habet corpus determinatum, sed vagum, et confusum leg. incendium 11. cod. si certum petat leg. in ratione 30. §. incertum ad legem falcid. Nec est novum ut verba universalia in subiectam materiam restringantur ad magis specialem signationem ut ex dict. leg. 3. §. in hac actione ff. commod. notavit Accursius ibi glos. mag. his positis, querit Ulpian. quod tempus ineundum sit ad estimationem rei, id est, corporis, quod petitur dicit que ex Servij sententia si corpus extet expectandum esse corpus condemnationis: ex iure corpus dicit, quod nec interijt, nec deterius factum fuit, sed in eodem statu perseverat, ut in hoc recte censuit Schifordeg. tract. 24. quest. 1. hinc inspicit tempus condemnationis, quia quae interijt auctoris illud inspicit

ac

ac vitii qualitate; notandum est corpus nec fuisse factum deterius, neque vilius: deterius refert ad integritatem et sanitatem; vilius refert ad pretium: aliquando enim accidit, ut propter abundantiam, aut penuriam rerum corpus manens in eadem bonitate viliori, vel cariori pretio estimetur hanc subtilem distinctionem excogitavit Anton. Faber. quem contra Andream Colium acriter defendit Samuel Schifordeg. 8. lib. 1. tract. 20. quest. 1. et sequent. Sed ad eam nunc non respexit Ulpian. et promiscue disputavit de corpore, quod non est deterius factum nec respectu bonitatis nec valoris.

27 Idem Schifordeg. tract. 24. quest. 1. ad illa verba anxie torquet: verum quem petita est quasi diversum significent ab his res petita, existimat quae signare, si quem rem petitam, quasi diversum signent ab his res petita, exiltimat quae signare, si quem petita est quasi diversum significent ab his res petita

27 Idem Schifordeg. tract. 24. quest. 1. ad illa verba anxie torquet: verum quem petita est. quasi diversum significent ab his res petita, existimat que signare, si quem rat de estimatione eius rei, quem diverso iudicio petita fuit, et quia non potuit dari, dicendum sit, ad estimationem esse expectandum tempus precedentis condemnationis. Hoc ideo censet, quia si res ipsa peteret ineptus et ridiculus fuisset iudex, qui ad estimationem faceret condemnationem leg. ult. Cod. de fideicom. libert. leg. et fundus 36. com. divid. Sed nemo non videt explicationem hanc vim facere illi verbo petita est; deberet enim dicere quem pridem petita fuerat. Deinde multa supplet, quem nullo modo exprimit, nec indicat Ulpian. Quare dicendum est condictionem triticariam esse estimatoriam rei leg. 1. et 2 de condit. trit. ut iam dixi; qua experitur qui ita intendit, peto rem, et pro ea iustam estimationem quam tot nummis facio, ut quotidie usu forensi experimur; alioquin non esset condictio triticaria, sed certi; quando corpus ipsum dari contendimus petimus leg. eum fundum 31. de reb. cred. leg. stipulationum 74. §. ult. de verb. oblig. licet et ex contrario titulo, necesse est, ut pro re quem petita est petatur a iudice estimatio.

28 Absoluto hoc casu, transit Ulp. ad alios; et querit quid dicendum sit si res petita desierit esse in rebus humanis? tunc non potest expectari tempus condemnationis, quia nihil tunc foret. Ergo tempus interitus expectandum est. Nota hunc deteriorem factam fuisse, sive interiisse rem; antea vero in eodem statu permansisse: quia de deteriori ratione rei non incipit tractari usque ad vers. in stricto aut. Et si alius dixerim ut, divinassimus in suppositione textus, ad vero serius dixit mortis tempus esse expectandum; Celsus explicuit debere accipi in naturam, id est late cum aliquo laxamento. ut exponunt Erasmus in adagiis chiliad. 4. cent. 8. proverb. 7. Alciat. lib. 2. disp. cap. 11. videlicet paulo ante tempus mortis antequam servus egrotare cepisset, quia si tempus egritudinis expectaret nullius estimationis foret ut recte etiam exornat Accurs. Hic ita solet argui; condictio triticaria competit quevis pervenit ex negotio sive fidei semper est stricti iuris, ut supra dixi. sed in negotiis stricti iuris a. non purgatur

mora

mora tpg litis ɔtestatę expectar. l. 3. §. in hac actiõe. ff. cõmodati. q.
illud tpg etiã ɔdenationis inspici debet; ppter hãc obiectionẽ Placentinus
sensit, ɔditionẽ triticariã ex negotio bonę fidei provenientẽ, bonę fidei
eẽ, et restrinxit hunc tẽxtũ ad ɔditionẽ triticariã bonę fidei. sed et hęc
ctrina et intellectus Placentini tanquã divinatorius merito displicuit
Accursio in gla magna. Quare ego posito in stã num. superiori tra
dita; nempe Iurisconsultũ in casu mortis vel interitus loqutũ fuisse de re,
quę nec vilior, nec deterior facta fuit ante interitũ, sed in eodẽ statu
permansit, et bonitatis et valoris. Qui fuit intellectus satis expressus Ac
cursij ad hanc l. Donel. n. 22. et Morla in prelud. d. tit. 8. n. 14.

29. Seqr ultus casus in vẽ. In utroque in quo
Vlp. incipit disputare de re deteriori facta, imo et viliori; quã ɔ
sulti non distinxere tãm subtiliter, quã Interpretes, ait gl. in utroque casu
nempe tãm mortis servi, quã si extet, ut exposuit Accurs. si post morã
debitoris res deterior facta sit, non eẽ inspiciendũ tpg mortis si postea
intereat, nec tpg ɔdemnationis si extet: quare ad tpg morę in his
casibus erit reducenda ęstimaõ. Sensus horũ verborũ obscurus ẽ; possunt enĩ
significare ipsũ instans morę, et non tpg subsequens: ut eũ dixim.
in ɔtractibus stricti Iuris, qñ non precessit mora, tpg litis ɔtestatę ex
pectare. d. l. 3. §. in hac act. ɔmodati. significamus inspici tpg
illud, et non aliud anterius, vel posterius. Explicuit tñ ea eleganti Cuj.
Barth. Iaso in d. l. vinũ n. 43. et cujus Preceptore Fueyo de
llanos, D. Nicol. de Castro. d. prelec. 3. n. 189. et seqq. ut intelligatur
de tpre ex quo iniri extimatio debeat, non de tpore in quo; quia mora
licet in uno instanti ɔtrahatur, durat quãdiu Creditori satisfactũ non est;
habet enĩ tractũ subcesivũ, nec ad unũ instans precise reducitur; a quo
parũ discedit Donel. licet sub his verbis non se exponat, in d. l. 3. n. 13. et
18. et in d. l. vinũ. ex n. 16. maxime, quia ex testimonio Marcelli quo
Vlp. utitur ɔstat, Iurisconsultũ loqui de casu, quo extimaõ rei non crevit,
sed potius decrevit post morã. sicque redditur ratio, quia servus deterior
dandus post morã vel culpã debitor non liberatur. l. in re. 8. §. 1.
de ɔdict. furt. l. 3. §. si deuita. ff. ɔmodati. l. huiusmi. 84.

§.

§. Ede. d. l. si ex legati causa q. Margia. 66. §. in fundo. d. l. cum in l. g. q. sibi. 33. §. 1. d. Solut. q. tota questio erat de incunda estimatione rei deterioris facte post moram: quare non est mirum, ut ad tempus moram ea retulisset Ulpianus q. ex eo tempore nunquam pluris fuit, sed minoris. quapropter ex hoc loco non debet sumi universalis regula de ineunda estimatione rei post moram, cum loquatur de casu deteriorationis ex post facto contingentis: Remenda glossa est ex aliis alegatis supra n. 24.

Conclusio 5.a

In generibus non aliam posse considerari moram, quam que contingit per litis contestationem, vel per diem.

30. Mora, ut hoc leviter notemus, dicitur per petitionem extrajudicialem, si debitor interpellatus congruo tempore, et loco noluerit solvere, vel per adventum diei solutioni adiecti a contrahentibus, vel per litis contestationem l. mora. 32. d. Usuris. l. traiectitie. 23. d. oblig. et act. l. si servum. 91. §. sequitur. d. V. O. l. magna. 12. C. d. contrah. et com. stipul. igitur si quis debeat vinum vel triticum in genere q. promisit centum amphoras non has, vel illas, in doliis inclusas, sed generice; vel mutuas accepit; moram dicitur, et estimatio ineunda est tempore, advenientis diei, vel litis contestationis et in hoc sensu inspicimus tempus more, ut eo tempore ineatur estimatio. et non expectatis tempus petitionis extrajudicialis, nec tunc ad ullum effectum considerabilis mora est, imo post litis contestationem, licet crescat pretium generis, vel post diei adventum non crescit estimationis condemnationis usque ad rem iudicatam: sed precise consideratur tempus diei si illum habeat contractus, vel litis contestationis, si sine die celebratus fuit ut expresse probant tex in l. vinum. 22. d. reb. cred. et in l. ult. de condictione triticaria. Que doctrina fuit Accursii in l. 3. §. in hac actione. commodati. verbo litis contestationem, et in hac schola tradita a sapientissimo Dno. Duelipo Hllanos, in d. l. vinum. ut refert, sic accipienda eius discipulus Castro d. perfect. 3. n. 189. et a D. Chumacero, d. select. 6. n. 8. expressius tamen fundatur in d. l. vinum. fere per totum. d. Donel. et ind. l. 3. d. condit. tritic. ex n. 13. et in l. quoties. 59. n. 10. d. V. O. que dicta moram sequitur Schifordeg. d. lib. 1. tract. 27. q. 4. cum illum prius ex professo im

120

pugnauerit tract. v. quest. illa quae maxima, et notabilis differentia inter corpora et genera. In generibus vero pari passu currunt contractus bonae fidei, et stricti iuris.

31 Sed oportet cum dom. Chumat. et Donel. reddere differentiam, quam ratione triticum vel vinum, quod in genere debetur est quodvagum, et confusum nunquam apparet quale sit, cum possit solui hoc vel illud modo praeter quantitas, quae debet in eadem bonitate: ergo quamvis extraiudicialiter denunciet creditori, ut soluat, non denunciat ei super hoc vino, sed vage, et confuse; et ideo non potest mora contrahi, ut in hoc vino; nec per consequens eius ex hunc pot iniri aestimatio cum corpus detractum nunquam appareat. Cum vero dies praefinitus solutioni venit, tunc certificat vel detrahit; quia eodem placuit contrahentibus, ut daretur, ideo quae sumit aestimatio ex pretio, quod tunc genus habeat: licet vero crescat, postea non init, de insuper maior aestimatio, quia nunquam crescit aestimatio eius vini, quod vage et confuse promissum fuit. Promissio enim vaga nunquam detrahit ad corpus, nisi cum dies venit, antea enim et post contractum confusa vaga, et generica obligatio est: ergo quodvagum est non pot in illo statu aestimationem recipere; similiter etiam detrahit per litis contestationem, quia tunc petit detrahi, ut dixi, et sententia ad litis contestationem referenda, et leg. 2. de Ioan. quare non aliud ex eo genere petit, quam quod dari tunc debuit. igitur respectu illius diei detractum vinum est, quod aestimationem pot recipere, antea tamen et postea est confusum; quare diei proprie non pot vinum per minimum aestimatum crevisse.

32 Ex quo apparet veritas intellectus, quem probauimus supra n. 10. Bart. in leg. 3. §. si per venditorem de action. empti, quatenus eum accepimus de vino vendito non in genere, sed specifice ad corpus reducto, nempe quod venditum fuit, quod erat inclusum in illis dolijs; alioquin si generice et confuse venditum fuisset vinum non posset expectari tempus contractus, vel diei, quo in condemnationem res deducta est; sed expectandum est dies solutioni destinatus, vel si destinatus non esset dies litis contestatae. Varius etiam apparet in d. §. si per venditorem non fuisse petitam aestimationem vini per conditionem triticariam, quia licet in ea specie vinum substineat vices corporis, et per consequens aestimatio totalis vini in doliis inclusi crescere posset ex die litis usque ad condemnationem; tamen non posset expectari tempus dictus in conditione stricta, sed tempus morae per litis contestationem. quod dicendum est petitam fuisse aestimationem actione ex empto, quae est bonae fidei, cum posset etiam peti conditione triticaria, quae est stricti iuris, nam utrumque remedium parit contractus bonae fidei, ut dixi supra n. 22. Differentia vero utriusque remedij dignoscitur ex intentione auctoris, et ex verbis libelli: conditio quippe triticaria est, si aestimationem

Itemque explat lex 3. §. si per venditorem de action. empt.

vini

vini determinatum petat veluti octo pro singulis amphoris, quibus hodie estimatur vinum et quanti pluris sit usque ad sententiam. Actio vero ex empto est, si in eo petat quanti sua interfuit, intereritque statim traditum non fuisse, ut in leg. si sterilis 21. §. cum per venditorem de action. empt. itaque conditio triticaria semper estimatoria est, et stricti iuris; actio vero ex empto est bonae fidei, et tendit primo et principaliter ad interesse, per consequens vero ad estimationem, quod notandum est, quia ita nondum inveni notatum.

33. Ex eiusdem etiam principiis censendum est de doctrina viri pragmatici Francisci Muñoz de Escobar de ratiociniis 1 parte cap. 17. per totum maxime ex n. 7. qui docet administratorem, tutorem, et economum, qui nomine domini, et ex administrationis officio tenetur rationem tritici reddere, quod recepit à colonis, vel censuatariis in specie; teneri quanti plurimi fuit, si illud consumpsit, vel propria authoritate vendidit sine domini voluntatem, vel si tutor fuit, si non servavit per triennium donec iustam estimationem haberet. Quae estimatio excedere tamen triennii pretium, quia nec triticum potest ultra triennium durare, ut praeriunt Fran.cus Patricius de republica lib. 3. tit. 2 ad fin. Bovadilla lib. 3. polit. cap. 3. n. 47. Nulla autem res potest estimari amplius quam durare potest, ut ex Petro Surdo decis. 82. et aliis docet idem Escobar. n. 12. Quae doctrina cum suis limitationibus, quae ibi ponunt, recte procedit: quia triticum, quod à colonis vel debitoribus exigit administrator non est genericum nec consumptum; sed certum et determinatum, quod debet in horreis depositum servare, nec vendere, aut in suos usus convertere sine voluntate domini: igitur si vendat vel consumat in culpa est, et moram fecit; videturque possidere, quia dolo malo possidere desiit, leg. qui dolo 69. de rei vind. et per consequens tamquam si extaret tenetur utili vindicatione propria leg. 3. Cod. de condit. ex lege. in omnem cum utilitatem quae interceptam à die morae, id est consumptionis tamquam si triticum extaret, nec consumptum esset. Quod autem diximus quanti plurimi teneri; quomodo in praxi recipiendum sit exponit eodem cap. ex n. 26. usque ad 37 ne immoremur in re ab alio diligenter retracta.

Conclusio. 6.a

Si locus adiectus sit contractui, in quo facienda solutio sit, initur estimatio habita ratione loci.

34. Ad decisionem quae à nobis proposita est, probatur ex leg. vinum 22.

de

de reb. cred. Interrogavi cuius loci pretium sequi oporteat? respondi, si conve-
nisset, ut certo loco daretur, quanti eo loco esset: si dictum non esset, quanti ubi esset
petitum; lg. ult. d. cond. tritic. ubi porrò Gaius docuit in merce promissa
expectandum esse diem adque promissa fuit; vel non adiecto die, tempus litis conte-
stationi adijcit statim: idem qd hodie in loco esset; ut sit Estimaõ sumenda
eius loci, quo dari debuit. Si d. loco nihil convenerit is locus expectetur, quo
peteretur; lg. 3. §. si per venditorem d. act. empti. ibi: ita quo loco pluris fuit
vel quo venierit, vel ubi agitur, et §. ult. eiusdem legis, ita non oportet eius loci
pretia expectari, in quo agitur, sed eius ubi pretia tradi oportet. tanquam
à Brundusio vinum venit et si venditio alibi facta sit, Brundusij tradi
oportet. q postremum versiculum difficilis phrasis est, de qua inter interpre-
tes non ditat, mihi placet sensus Accursij verbo à Brundusio. et glossa
Gotofredi ibi in 1a. explicatione, quem dilatavit Marcus Lyclama, lib. 1.
membranar. ecloga. 10. §. 2. ut sit, à Brundusio venire. qd alibi venditio
Vini celebratur ad tradendum Brundusij, nos ita dicimus. ha de po-
ner en Brindis por quenta del vendedor, para que alli lo reciva
el comprador. Brundusium enim Graecis Brentesium, cuius ethymologiam
tradidit Stephanus d. Urbib., est portus quondam celebratissimus in extre-
ma calabriae parte versus mare superum, qd amplius laudat Plinius lib. 3.
natur. historiae. cap. 11. ex quo merces olim in Graeciam transvehebantur, cuius
mentio extat in lg. q Rom. 122. §. Calimachus. d. V. O. precipuè vinum qd
in Calabria, sive magna Graecia nobilissimum fuit, et in totam Syriam trans-
portabatur, inde qd in Italiam referebantur Syriacae merces cum vino permuta-
tae, ut loquens d. Urbib. calabriae dixit Horatius lib. Carmine 30. Vina Syra
reparata merce, Plinius quoque lib. 14. cap. 6. qd à Brundusio venire est
Vinum ponere ibi, ut inde per mare transvehatur alio. Similiter locutio ex-
tat in lg. 2. d. servis exportand. lg. ex facto. 35. §. verum 30. d. hered. instit.

35. Unde apparet loci adiectionem efficere, ut diversimodè
ineatur rei Estimaõ; aliud enim atque aliud est pretium rerum ex diversitate locorum
ob penuriam, vel abundantiam mercium, lg. et ideo. 3. d. eo qd certo loco. Atque hinc
solum in circunstantia loci, distat à precedentibus, unde d. Estimatione agi non potest,
antequam id tempus effluxerit, quo res posset transferri in illum locum, qui inest dicta-
tioni huic Dactui, ut dixi supra ex n. 4. porrò vero eo pervenire potuit tractandum est
d. Estimatione in eundem regulas traditas in superioribus Dictionib. Ac etiam est spe-
ciale D.cto cum adiectione loci, ut posset quocumque in loco agi, si ad destinatum
promissor non accesserit. lg. eum q. 43. d. Iudicijs. lg. 1. d. eo qd certo loco. lg. Jd.
Aisse

xisse. 21. d. 0. est. qd ita intelligendum e, ne sua utilitas alterutri auferatur.
§. loco. inst. d. action. Quare si debitor sua die adfuit in loco solutioni
destinato paratus solvere, et creditor defuit: estimatio exinde de
crescere pot, si minuatur pretium rerum, n pot vero crescere, si augetur; q mo
ra sua cuilibet nocere debet, l. in stipulatione. 173. §. mora. d. le
gulis iur. semper tn ineunda e estimatio rei loci solutioni destinati,
n vero loci in quo agitur, ut expresse probat tx. in l. 3. §. ult. d. action.
empti; quem male detorquent Fab. in ration. et Donel in l. vinum. de
reb. cred. n. 32. in eo etiam improbandi sunt, qd docent, si mora per debitorem
facta sit estimationem faciendam ee, utro in loco res pluris sit, vel in loco
solutioni destinato, vel ubi agitur; nullo enim textu ita docemur, sed pre
cise expectandum ee locum destinatum solutioni, ut etiam breviter communi calculo
docent veteres apud Iasonem in d. l. vinum. n. 8. Morla d. tit. 8. in prs.
ex n. 16. Schifordeg. d. lib. 1. tract. 27. q. 5.

36. Sed ne quid dissimulem, obstant predicta verba
legis ult. d. condict. tritic. ibi: ut primum estimatio sumatur eius loci, quo
dari debuit. Noto verbum primum. qs. si primum loci destinati habita ratio ad esti
mationem ineundam, sequatur deinde etiam sumendam ee estimationem loci, ubi agitur,
si id utilius fuerit creditori. sed huic e parvum sensum predicti adverbii, qd n
2. semper e ordinis, nec dicit ordinem ad alium, sed deteget e significare, qd e
precipuum, ut apud Virgilium Egloga 1. ubi de se ita canit: hic mihi res
ponsum primus dedit illi petenti; ubi primus apellavit Augustum, q fuit
precipuus, cum primos Aule favores demisisset Mecenati, et alijs proceri
bus. itaque sensus e, si locus destinatus e solutioni ante omnia attendenda
e huius loci estimatio; si n e destinatus, facienda e eius loci in quo agitur.

Vbo. Pro Coronide advertendum e, Ant. Fabrum lib.
16. Ilect. cap. 5. Schifordeg. ad eundem. lib. 1. tract. 26. q. 1. maximopere
uti, et summa vi disputare, an crescere possit estimatio rei petite
post rem iudicatam? quam questionem ineptam ee censeo, et ut dicunt Do
ctores de subiecto n supponente, qd a iuris consultis nec discussam nec
tractatam video, qa alioquin nullum casum amiserunt in hac tractatione; fa
cile tn ex superioribus prius pot profligari. Quia si obligatio diem habet
estimatio ad illum diem referenda e, nec pot crescere, nec minui, ut
dixi.

dixi in 1a. et 2a. ddne. sine mora d.ca cum agitur iudicio stricti iuris, suf
ficit inspici tempus litis contestatae, non aliud, si vero agitur iudicio bonae fidei,
totum tempus rei iudicandae expectatur usque ad rem iudicatam, et in denunciatione? ut
dixi in 3a. ddne. si genus debetur ex quocumque negotio, nec dies solutioni
destinatus expectatur tempus litis contestatae, et non aliud, ut exposui in 5a.
ddne. quod si species debeatur, et mora d.ca sit ante litis contestationem,
crescit estimatio quanti plurimi unquam fuit a die morae donec solvatur
vel offeratur, argumento ex lege illud. 13. de peric. et comm. rei vend. ipsaque
crescet usque in illud tempus quo res estimata sit, vel per iudicem, vel per ips
si iuramento in litem locus sit iuxta distinctionem traditam d.a n. 15. facta vero
estimatione et taxatione ridiculum est quaerere, an postea crescere possit
estimatio, quia si res non extat, non potest amplius estimari, nisi habito respectu ad tempus
in quo extitit, lege in re. 8. in princ. de condict. furtiva. lege si servum. 91.
de V. O. si extat transactum est de re ipsa per estimationem, adeo ut tran
seat in dominium iniusti quondam possessoris, quasi illam emisset. lege eius rei.
46. cum lege sequenti. de rei vind. non aliter quam si a domino ipso volente illam compa
rasset, ut in lege non solum. 33. §. quod vulgo. de usucapion. alias quaestiones
huic similes ex cerebro exagitant interpretes nostri; in quibus nolo in
morari; nullam enim agnosco iuris prudentiam nisi quae ex ipsis textibus

deducitur; et hic sit finis nostri difficillimi et utilissi
mi tractatus, quem firmiter tenere valde vobis
expediet. sit laus et gloria SS. Trini
tati, necnon Beatissimae Virgini Mariae
cuius nomen a creaturis omnibus
sit collaudatum tam in caelis,
quam in terra per aeterna
saecula. amen.

N.° 3. cap.°

Divi Gregorij Verba relata in cap. 1. 9 q. 1.ª ita se habent Nos decrevis dicere nullo modo posumus que ab excomunicatis hominibus est celebrata que sensum habeant valde controversum apud antiquiores interpretes ii nulli dixerunt mentem divi Gregorij eam esse ut consecratio vel rite idest secundum ritus ecclesiasticum facta ab excomunicatis nullius sit momenti alij existimarunt sensum esse hunc ut consecratio idest ordinatio ab episcopis excomunicatis facta irrita sit, alij denique putarunt predicta verba id denotare ut videlicet ab episcopis excomunicatis facta ordinatio valide sint. Quorum quidem interpretatio tanquam huic decreto est admittenda nec repugnat illa V. nullo modo nam debent intelegi nullo modo valere circa executionem non circa validitatem ipsa enim semel collata sive ab schismaticis sive ab hereticis sive ab excomunicatis sive a quibuscumque alijs validis exigunt. Hunc esse veriorem sensum tradunt Turrecremata in nostro textu cap. et Suarez de censuris disp. 14 sect. 2 n.° 4

Quo presupposito dico quod ex nostri textu verbis deducitur sic se habent. Clerici ordinati ab episcopis excomunicatis heretici schismatici vel simoniaci ordinati remanent, executio tamen ordinis illis sic receptis denegatur. Tenent in hoc sensu ex textu in cap. excomunicati 2. cap. per illicitas 3 cap. ab excomunicatis 4. cap. ordinationes. Pau. Nostra lausa 9 q. 1 cap. Dilibertus 24 cap. per illicitas 21. 1 q. 7. cap. Si qui a simoniacis 108. 1 q. 1. cap. 1 cap. 2 de ordinatis ab episcopo cap. 1 de schismaticis cap. 1. 5 Camant de ssi. excomunicatis lib. 6, Docent archidiaconus cardinalis Turrecremata et Belamera et alij antiquiores comuniter ad nostrum textum repetentes Panormitanus Felinus Joannes Andreas et alij in ead. cap. fin. et ead. cap. 1. de schismaticis propter eos Salcedo in praxi canonica cap. 28 Suarez de censuris disp. 11 sectione 2 per totam Vasquez in 3 parte divi Thome disp. 243. cap. 1. Tamburinus de iure abbatis tomo 2 disp. 2 quaestio 12 Sebastianus Caesar in cap. perlectis 25 dist. § 3 de episcopis n.° 5. Barbosa de potestate episcopi alegatione 58 n. 5. et multi alij quos ipse refert in coletaneis ad nostrum textum et ad textum ead. cap. ordinationes.

Verum hec nostra assertio difficilis redditur ex eo quod consideratus excomunicatus extra ecclesiam e. adeo ut ipse careat a communione fidelium et participatione sacramentorum cap. fin. de clerico excom. ministrante cap. denuntiamus de ssi. excomunicationis cap. a nobis 2 de except. iunctis que tradunt in antiquiores et propter eos Petrus Gregorius lib. 3 partitionum iuris canonici lib. 26. cap. Suarez de censuris disp. 8. sect. 2 n. 8. q. alterum ad ecclesiam trahere non potest quod probatur ex arg. textus in cap. audivimus 24 q. 1. ubi statuitur eum qui e excomunicatus non posse alios excomunicare propterea quod extra ecclesiam est. Et quem admodum elicere quod non potest ita nec admittere precipue cum nemo possit in alius transferre plus iuris quam ipse habet, Item tutanda est igitur non recte in nostro textu statuitur validos esse collatos ordines ab excomunicatis facta. — Preterea quatenus dicimus has ordinationes valere exercitium tamen earum suspendi dubium videtur nam cui licet quod est plus debet licere quod est minus, ex regula iuris 5 g. clerico qui valide recepit ordines ab excomunicato exercitius denegari non debet, cum habeat quod plus est a quo est quod minus est maneat decretum precipue cum nulla clerici culpa interveniat et absque ea nemini dummodo fore utrumque iuris testimonia edocent igitur aut ordines collate ab excomunicatis non debent valere, aut si valent nulla videtur adesse ratio qua exercitius illorum denegetur recipientibus. — Denique augetur textus quod statuitur in cap. excomunicati 2. eadem causa et questione videlicet ordines collatos ab excomunicatis reiterari debere propterea quod excomunicati illicitis manus imponunt nulla quia si in excomunicatione persistant potestate ordinandi habent ergo si reiteratio e necessaria non recte dicitur in nostro textu validos esse ordines ab excomunicatis collatos.

His non obstantibus, dicendum est verissimam esse nostri textus decisionem videlicet ordines collatos ab episcopis excomunicatis validos esse eorum tamen exercitium denegari illis recipientibus, cuius decisionis ratio inde consistit nam episcopus qui ordinarius minister sacramenti ordinis est. Ex decretis tridentini sess. 23 can. 4 et 7. et textus in cap. 1. de ordinatis ab episcopo qui renunciavit episcopo, iunctis que tradunt divus Thomas in 4 dist. 25 q. 1. art. 1. et quod cum scribentes in eadem potestate manet sive sit excomunicatus sive simoniacus sive quocumque alio crimine irretitus quod deprovenit quoniam valor et efficacia sacramenti non dependet a bonitate ministri sed potius a virtute meritis Christi ex decretis Trid. sess. 7 can. 12 propterea Si semel conferat ipse dum formam ecclesie custodierit valide est propter characterem idest propterea quod res quedam indelebilis fuit facta

Nec in Merito hec Iurisdictio et Potestas quantumvis excommunicati existant conceditur, quippe sicut in seculari Republica Potestas publica adest, ita in ecclesiastica episcopi dignitas est. quod etiam habuit ex eo quod Christus Dominus cum haberet discipulos, ceteros alios in numero duodeno, alios vero in numero Septuaginta duorum, illos Apostolos nominavit, istos simpliciter discipulos nuncupavit, illis fuit data Potestas imponendi Manus et consecrandi, discipulis simpliciter et episcopi in locum Appostolorum successerunt, quorum Authoritas precipue in ordinibus conferendis consistit que cum absolute illis sit concessa qualitercumque ea utantur, sive sint excommunicati sive simoniaci, si ordines conferant valent licet ipsi casu quo scienter id faciunt peccent et ex in suspensionem incurrunt penas, de quibus posterius, merito quod in nostro textu statuitur ordinatos validas esse, executionem tamen denegari. docent Lianus Basquez et Sebastianus Cesar loco citato. —

Nec tunc obstant dubitandi Rationes in 1.ª qua dicebamus episcopus excommunicatus non posse ordines conferre propterea quod per excommunicationem fit effectus membrum diaboli, et amittat fidelium communicationem et sacramentorum communionem, nam licet illud hoc sit tamen cessat in episcopo qui confert ordines, nam tunc non attendit illius bonitas sed attenditur Potestas que illi ab ecclesia est concessa. Hec enim sicut alia posset ab ecclesia auferri non auferetur ex eo quod ipsa ecclesia potestatem dedit ad hoc ut qualitercumque ordo celebraretur imprimeretur caracter.

Nec tunc obstat textus in d. cap. Audivimus 24 quest. 1.ª ubi dicitur excommunicatus non posse alterum excommunicare, nam preterquam quod est dissimile aliquem velle admittere ad ecclesiam vel de ea ejicere. dicendum est ideo excommunicatum alium non posse excommunicare quoniam hic actus excommunicandi est iurisdictionalis, cuius exercitium excommunicato quia solum in hoc consistit. et enim quidam actus qui solum iurisdictione sunt, hos namque excommunicatus exercere non potest. prebeat exemplum penitentie sacramentum in quo peculiare est ut per excommunicationem impediatur quia absolutio que est forma illius non potest ferri nisi ab eo qui Potestatem absolvendi a Christo habet et iurisdictionem completam in ipsum penitentem, alia namque Sacramenta que non postulant iurisdictionem ex parte ministri in illum, qui ea exequitur uno quomodo voluerint, licet sint excommunicati facere possunt, de quibus omnibus videndi sunt Balbosa in cap. 1.º de exceptionibus, Cobarrubias in cap. Alma Mater 1.ª p. § 3 ex n.º 4 cum sequentibus. Nec interest quod dicebamus neminem posse plus iuris in alium transferre quam ipse habet nam hoc licet quod in ordinatum transfertur non descendit ex iurisdictione tantum sed potius ex divina dispositione qua exstat cautum ut caracter in ordinato secundum formam ecclesie imprimatur. — Denique non urget posterior dubitatio qua dicebam, Plus ei tamen erat concessum nam urget; dicendum putamus quod licet fateamur plus esse valere ordines quam illos exercere tamen cum obstet impedimentum ad exercitium illius non potest exercere nisi quod eo quod dispensatio interveniat ut statim dicemus tunc enim cui plus licet quod est minus permittitur quando impedimentum non adest. —

Ex his omnibus infertur interpretatio ad Urbanum 2 . . . in cap. ordinationes 9. q. 1 ubi statuit ordinationes factas ab heresiarcis nominatim excommunicatis, et ab eis qui catholicum episcopum sedis invaserunt irritas esse. nisi ita ordinati probare valuerint se nescisse eos ordinare excommunicatos extitisse. Ecce hic ex quo duplex insurgit difficultas 1.ª quatenus in eo statuit ordines sic collatos ab excommunicatis irritos esse quod non recte dictum est. validos esse, 2.ª difficultas in eo consistit quod statuit ita ordinatos recte posse ordines exercere cum quo ordinaverint ignorantes eos ab excommunicatis recepisse, cum certum sit, ut ex nostro textu provenit ordinatos ab episcopo excommunicato sive scienter sive ignoranter exercere non posse. prior difficultas facilime diluitur si dicamus illa verba irritas esse indicare non intelligi

l. c. 7 de lindaytro ... 23.

quo ad Validitatem et Substantiam Ordinis, Secundo quo ad eorum Usum et Exercitium quasi lenius sit ordinatus ab excommunicatis vere ordinatus remanere, Usum tamen in pose ministrare nec in maioribus nec in minoribus Ut recte siderat Tu Recremata d. cap. qui per fectt. 17 1 q. 1 — et Difficultas adve. Gravis Ut Interpretes circa eam diluendam varia proferant, Verum ijs omissis Ut duo illam animaduertimus Clericus recipientes ordines ab episcopo excommunicato suspensum manere ex textu in cap. 1. de Schismaticis quod adeo verum est Ut sive adsit scientia sive ignorantia eandem suspensionem incurrat nec tunc obstant quicquam predicta verba b. nisi probare valuerit etc. nam debent intelligi ad hoc Ut attendatur ad dispensationem indulgendam quasi lenius sit facilius dispensandum fore cum eo qui ignoranter recepit ordines ab episcopo excommunicato, quam cum eo qui scienter Ut probatur ex textu in cap. 2 de ordinatis ab episcopo Ubi probatur recipientes ordines ab episcopo excommunicato posse ministrare dum tamen per episcopum dispensetur. Ubi adsit scientia, necessaria est summi Pontificis authoritas, qui aliqua penitentia pro peccato comisso illi imposita predictorum ordinum exercitium concedat, quod idem probatur ex textu in cap. 1. de ordinatis ab episcopo quo spectat textus in cap. Si qui a simoniacis 1. q. 1. ubi statuitur eis qui ordinati fuerint ab episcopo simoniaco si probare potuerint se nescisse simoniacum esse cum eo dispensandum fore, sin autem scienter hoc fecerint ordinatio nullius esse momenti non quo ad validitatem sed pœnam quo ad exercitium, — Rursus infertur interpretatio ad textum in cap. Daibertum 24. 1. q. 7. Ubi statuitur Daibertum ordinandum fuisse a quodam episcopo qui ordinatus fuerat ab hereticis episcopis simoniacis et excommunicatis quaeritur utrum reiterari debeat predicta ordinatio et respondit ordinationem reiterandam esse reddita ratione nam cum acciperent ab his qui potestatem conferendi non haberent sequens est nichil recepisse quod si necessaria est reiteratio non recte dictum est validas esse — huius authoritatis difficultate motus Gratianus in ea est. ss. ... existimet ordinationes factas ab excommunicatis iterum celebrandas fore absque periculo reiterationis, propterea quod ab hereticis et excommunicatis nichil potuit afferri ad quod probandum adducit textum expressum in cap. Ochilla 23 § Si autem 1 q. 7. Verum fallitur Gratianus quia ordines validi sunt sive conferantur ab hereticis sive ab excommunicatis ut iam diximus. Nec tunc obstat textus in d. cap. Daibertum nam procedit quando ordinatio facta secundum formam ecclesiae tunc enim ecclesia eas non recepit sed iterum faciendas decernit non ex eo quod ab hereticis sit collata, sed ob defectum formae in illius collationis facit textus in cap. 52 de consecrat. distinct. 4. Ubi statuitur sacramentum Baptismi reiterandum fore quando collatum est ab hereticis qui in ipsa Baptismi forma erraverunt, quod ipsum probat Gregorius in cap. 4. 68 dist., statuens nec sacramentum ordinis, nec sacramentum Baptismi reiterandum esse et si ab hereticis conferantur nisi quando errant in forma ab ecclesia prescripta, quo modo intelligitur textus in d. cap. Daibertus 1 quest. 7, haec eadem ratione intelligendi sunt textus in cap. per illicitas § 99 et in cap. per illicitas § 1 quest. Ubi statuitur reiterandos esse ordines collatos ab episcopis simoniacis excommunicatis vel hereticis debent namque intelligi eo casu quo fuerunt ordines collati non secundum formam ecclesiae tunc enim iterum sunt celebrandi nec proprie reiteratio datur Ut eleganter tradit tu Recremata et Suares locis supra citatis — Rursus infertur interpretatio ad textum in cap. 1. de schismaticis et ordinatis ab eis Ubi proponitur tempore Alexandri Pontificis orto huius schismate in Romana ecclesia Clerici cum fuerunt ordinationes celebratae ab Octaviano et Guidone qui huius schismatis fuerunt participes nec tantum hoc fecerunt immo bona ecclesiae alienarunt dignitates et beneficia contulerunt et denique iuramenta de tali schismate tenendo fuerunt quaesitum quid sit faciendum de dictis sacramentis

de. l. ab eodem cap. recipientes ... qui alent ... ignorantia ... dis ... ationem

Tu in cap. ex ... communicatis ... questione

Patres Dixerunt sub pena excommunicationis alienationis rerum ecclesiasticarum amittendas esse beneficia et dignitates, auferendas et denique ordinationes irritas esse, ex cap. [illegible] ubi ordinationes facti ab schismaticis irritae sunt, etiamsi fuerit a schismatico excommunicato dicitur quia sunt extra ecclesiae communionem fidelium et alias si in ipsa erunt, cap. [illegible] excommunicato [illegible] [illegible] in vere dicitur est hanc ordinationem validam esse — Cui difficultati respondetur dicendo quod sicut actus illi qui facti sunt ab schismaticis praecipue si sint circa spiritualia nulli sunt, tamen ordines ab ipsis collati debent valere nec tunc obstant illa textus verba irritas esse censemus nam debent intelligi de irritate quoad exercitium non vero quoad validitatem quae solutio expresse probatur ab Innocentio 3º decreto relato in cap. ultimo de schismaticis ubi statuitur ordinatum ab schismatico repellendum esse ab officio quod solum exercitium denegatur, quod tunc procedit quando dispensatus [illegible] ipso fuerit, obstare tamen videtur quod in eodem textu statuitur videlicet archiepiscopus posse ordinatum ab episcopo repellere quod hoc [illegible] eius est adbitrio nam dicendum [illegible] duplicitur hoc posse intelligi illud verbum *poterit* intelligi idest debet vel potest dici [illegible] removendum esse si vult dispensare superior quasi in eius adbitrio hoc existat. Utramque solutionem afert Panormitanus ind. cap. fin. nº ultimo =

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible] de quodam [illegible] in Valle [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Desde el fol. 176. al 184. estaba en blanco.,

Expenditur txs. in Cap. contra Christianos 13. de Hereticis in 6. vbi agitur de apostatis a fide de Baptismo per vim, et de testimonis Iudeorum et paganorum.

Aserit in hoc txu Bonifacius VIII. quod contra Apostatas a fide etiam si coacti vi conditionali Baptismum acceperint procedendum est tanquam contra Hereticos dum tamen vel confessi vel reconvicti fuerint per testes sive Iudeos sive Christianos similiterque contra eorum fautores, et receptatores sicut contra fautores et receptatores Hereticorum sed ut clariori luce Bonifaci. doctr. hic txs per partes et parafrastico ordine explicandus est in primis explicanda sunt prima verba in qq. ait contra Christianos, qui ad ritum transierint vel redierint Iudeorum pro quorum explicatione sciendum est apostasiam grecam esse vocem, que idem significat q. latine, elongatio, defectio, sive rebellio qua rat.e dicti veteres Christiani eos, qui deficiebant a statu fidei, et transibant ad Iudaismum vel paganismum apostatas nuncupare consueberunt quasi propriæ religionis rebelles, et desertores ut pluribus docet, et illustrat Tiberius decianus in tract. crimin. lib. 5. Cap. 70. et sicut tres sunt modi qq. Deo iungimur videlicet 1.º per fidem 2.º per Baptismi sacramentum 3. per aliqua opera specialia emissa ad meliorem vitæ frugem Divus thomas 2. 2.e q. 12. ita etiam tripliciter ab eo disiungimur, et apostatamus nempe primo per recessum a fide Cap. Iulianus 11. q. 3. Cap. non potest 2. q. 7. 2.º per recessum a statu probatæ religionis, seu ordinis sacri Cap. Legi 19. q. 1. Cap. quoniam 40. dist. 3.º per recessum ab ovedientia superiorum Cap. siquis de maioritate, et ovedi. Cap. alieni 3. q. 4. docent communiter DD. in Rubri. extra de Apost. generice sumta apostasia sic potest definiri: est temerarius a statu fidei, ordinis, Religionis, aut obedientiæ recessus: ita coligitur ex traditis per DD. in d. Rubri. extra de Apostatis nunc autem de apostasia a statu fidei ut nostri txs. sensum aperiamus agendum est. Apostata autem fidei dicitur est qui omnino a fide Christiana deficit veluti transiens de Christianismo ad Iudaismum, vel paganismum l. 1. 2. et pen. C. de Apostat. Cap. si potest 2. q. 7. immo in Cap. 1. extra de Apostat. Tiberius decian.s tract. criminum lib. 5. Cap. 71. Menoquius de arbitrariis casus 546. farinac. de Heresi q. 183. § 2. itaque et sacrificans Demoni vel idolis vel sacrificari mandans Divus thomas 2. 2.e q. 12. artic. 1. vbi q. Christianus adorans sepulcrum Mahometi dicitur Apostata Decianus vbi sup. Cap. 72. vbi loquitur de eo qui se tradidit Demoni vel paciscitur cum eo et sequitur fascinatus vbi proxime ex quo patet q. ad hoc ut quis dicatur Apostata fidei duo copulative requiruntur. primum q. recesserit a fide Christi: 2um q. recessus sit omnimodus prout probat txs in Cap. Iulianus 11. q. 3. Alvericus inst. si quis de facto n.º 2. C. de Apostata.

Vnde infertur 1. q. licet Christia

nus

Circa hunc txum vide de Novella Leonis 67. et ffernandum de Mendoca

potest aduci ad confirmationem circa baptismum canones et ad concilii tridentini de partibus [illegible] sessione 7 et etiam in canone 7 de baptismo. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

de baptismo per vim [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] de baptismo [illegible] in [illegible]

re cedat a pluribus articulis fidei tamen si retinet adhuc fidem in reliquis non erit censendus Apostata, sed Hereticus Divus Augustinus de Civitate Dei lib. 18. Cap. 51 et lib. 16 Cap. 2. quod etiam probatur iura in Cap. non potest 2. q. 7. Cap. Beatus 7. q. 4. Cap. non observetis 26. q. ibi. (L. 1.) de Aposta. Simancas de catholicis institu. Cap. 7. cum alijs, quos refert Dom. D. Ioannes de Rosas de Hereticis part. 1. n. 486.

Infertur 2. quod siquis ab improba secta in aliam aeque improbam se transtulerit, veluti de Iudaismo ad paganismum Apostata dici non potest prout ex facto responderunt Oldradus Cons. 478. Sacco in praxi crimina §. fin. q. 7. cum enim Christiani militiam nunquam nomen deducit nulla ratio est ob quam possit eius desertor reputari argum. txs. in Cap. 4. §. idemque ff. de re milita L. decem ff. de verbo obliga L. manumissoris ff. de Iustitia, et Iure

illustratio et explicatio transeuntes et redeuntes de Iudaismo et Christianismo.

Hi enim apostatae fidei sunt qui hodie vernaculo idiomate Renegados vocantur. sunt tamen ut ex nostro txu colligitur ex illis verbis transierint, vel redierint in duplici differentia vel transeuntes idest hi qui nunquam fuerunt Iudei vel pagani sed semper Christiani, et paganismum vel Iudaismum transibant; et redeuntes idest qui prius erant Iudei postea tamen facti sunt Christiani, deindeque redeunt ad Iudaismum ut recte explicat gla. in nostro txu verbo redierint hi autem redeuntes antiquo Hispano vocabulo vocabantur Tornadicos L. 9. tt. 1. lib. 1. L. 2. et 4. Lib. 8. tt. 9. ordiname. L. 3. tt. 25. partita 3. Leg. 3. tt. 5. L. 2. tt. 10. Lib. 8. recopilationis L. 2. lib. 4. fori et hoc quia redire hispanice antiquitus dicebatur Tornar, quare ad aliam Sectam redeuntes antiqui Hispanici vocabant tornadicos porque se tornaban a ella hoc est redibant L. 2. tt. 10. part. 4. ibi ese mismo seria del que ficiese servicio espiritual tornandose Herege Moro o Iudio.

Transeuntes autem hispano antiquo vocabulo nominabantur Marranos L. 9. tt. lib. 1. L. 2. et 4. lib. 8. tt. 9. ordinam. L. 2. tt. 3. lib. 4. fori licet enim huius nominis Marrano quamplures denominationes afferant. Ignatius a Villar in sua silva responsorum responsio 12. n. 47. et Velazquez in defensione statuti Toletani Cap. 37. Escobar de puritate, et nobil. sanguin. Probaceda part. 1. q. 4. §. 1. tract. Hieronimus de cruce in defensio statuti in sua responsione Apologetica ad discursum Salicij §. 3. verior tamen et plausibilior sententia est ita dici a verbo antiquo Hispano Marrar idest faltar deficere cum enim in vineis aut olivetis vites aliquae aut olivae deficiunt decimos ai tantas marras et etiam pro deficere idest faltar dici solet hizo marro idem ergo est Marranos apostata ac deficiens in fide, quod etiam suadetur ex Ludovico Ariosto in suo Orlando furioso Cantu 1. octava 26. et 27. ubi maneator dise = hoc est deficiens in fide Marrano vocatur. Hec autem nomina Marranos tornadicos quibus antiquitus improperii via notabantur hi, qui relicta vera orthodoxa, et catholica ad alium transiebant vel redibant Iudeorum vel Paganorum nulla niente ab aliquibus, contorta fuerunt adversus eos, qui laudabiliter relicto errore Iudaismi

vel

vel Paganismi veritatem Christianam amplecterentur, quod ne fieret sub gravissi mis poenis pie sancteque prohibitum fuit ab Hispanis Legislatoribus, in dict. L. 2. tit. 5. Lib. 4. fori Lib. 9. tit. 1. lib. 1. L. 2. et 4. Lib. 8. tit. 9. ordinam L. 2. tit. 10. Lib. 8. recop. tanquam infamia, et ignominiosa nomina ut notat Acebedo in dicto Lib. 2. an. 254. tit. 10. Lib. 8. recopilatio.

Progreditur noster pontifex, et ait etiam si dum erant infantes aut morti metu non tamen absolute aut precise coacti Baptizati fuerunt in quibus verbis ait noster Bonifacius quod hac sua constitutione comprehenduntur etiam illi, qui coacti Baptizati sunt sed nobili illo discrimine adhibito quod tradidit Inocentius 3. in Cap. maiores extra de Baptismo ubi ait quod inter vim et vim adhibenda est differentia scilicet si vis fuerit precisa vel absoluta veluti siquis renuens invitus et reluctans a fonte extrahatur, et Baptizetur non sit obligatus ad fidem observandam sed si vis sit conditionata veluti cum quis metu mortis aut alterius gravissimi mali coactus ut illud evitet Baptismum accipit tunc ex hac licet coacta voluntate ad fidem observandam obligatur. cui sequentiae ut lucem proferamus prius discucienda est illa anceps, et omni tempore dificilima quaestio utrum scilicet infideles aliquo modo cogi possint ad fidem suscipiendam et primo nequaquam cogendos esse infideles ad fidem suscipiendam probatur autoritate txs. in Cap. sicut Iudaei ubi notant omnes extra de Iudicis, et in Cap. maiores quod ita quaeritur de Baptismo. Cap. qui sincera Cap. de Iudicis 45. dist. et in Cap. ad fidem 23. q. 5. in quibus omnibus docemur infideles dum non Baptizatos ad fidem cogi non debere quod etiam probatur ex Tertuliano ad scapulam infine ubi non est religionis cogere religionem quae sponte suscipi debet non vi. Clemens etiam Romanus Lib. 4. recognit fidem (inquit) esse suadendam non vi gonegandam. probatur etiam rat. quia cogitur invitus venire ad Baptismum non presumitur habere fidem d. Cap. sicut iudeis extra de Iudicis Baptismus autem non debet conferri nisi ei, qui fidem habere presumitur ut late post alios probat Scoto in 4. dist. et q. Vui art. 8. et art. 10. in tertia conclusione suadens quod dicit sacrilegium infideles invitum Baptizare. Deinde quod fides naturali ratione suaderi non potest non enim est fides cui humana ratio probat experimentum Cap. in domo de penitent. dist. 4. Cap. venerit de consecrat. dist. 4. sed opus est suaderi supernaturalibus miraculis, ad quam suasionem non est idonea coactio, sed adhibenda sunt media, quae humanos animos possunt conciliare hinc Christus dominus misurus apostolos ad gentes non iusit ut eas ad fidem quam cogerent sed ut predicatione docerent, inquit enim predicate Evangelium omni creaturae, et docete omnes gentes Mathaei Cap. 10. et Iacob. et Ioannes repulsi essent a Samaritanis dixerunt, vis dicamus ut ignis descendat de celo, et consumat illos Dominus autem increpavit illos dicens nescitis cuius spiritus estis filius hominis non venit animas perdere sed salvare Lucae Cap. 9. et merito per fidem enim doctrinam, nihil aliud docemur quam caritatem, tolerantiam, pacientiam, mansuetudinem, quibus omnibus adversatur ipsa coactio Cap.

quis

Aqui el baptismo de los moros

Inocencio 3.º de coatione absoluta y condicionale y del Baptismo

qui sincera 45. dist.e unde Teodericus Rex aiebat religionem imperare non possumus quia nemo cogitur ut credat invitus Casiodorus lib. 2. epist.a 27. hoc enim non expedit neque respectu ecclesiae, neque respectu ipsorum, ut ait Iurre Cremata in Cap. siquis de consecrat. dist.e 4. quod ipsi rerum eventus manifeste declarant. Licet enim non semel plures principes christianissimi edictis, et armis cogerint infideles ad fidem venire effecerintque ut templa idolorum clauderentur et Iudaismi ritus prohiberentur ex qui tamen non potuerunt, ut impietatem ex animo deponerent, quo factum est ut, qui metu poenarum, superstitionem deposuisse simulabant, cessante metu ad pristinam superstitionem redirent et ut extera omittamus exempla Iudei, qui in Hispania pro Regis zelo contra propriam voluntatem Baptismum suscipere anno 694. non solum variis superstitionibus Baptismum maculauerunt. sed contra Regem Regnumque conspirauerunt, unde bonis omnibus nudati cum uxoribus, et filiis per cunctas Hispaniarum prouincias dispersi seruituti perpetuae subiecti fuerunt ut patet ex Concilio Toletano 7. Cap. 8. qua de causa Iudeorum, et Maurorum quamplurimae expulsiones ex Hispania indictae sunt ut a catholicis Regibus, Ferdinando, et Elisabet ut habetur in L. 2. 3. et 4. tit.o 2. lib. 2. Recopila. quod ut idem faceret ab Emanuele Portugaliae Rege obtinuerunt ut ex quamplurimis docet et illustrat D.D. Ioannes de Solorzano de Iure india tomo 1. lib. 2. Cap. 16. et Patrum nostrorum tempestate experti sumus in Mauris Granatensibus, quos ex eadem causa exulare iussit Phelipus 3. anno 1610. quibus addenda et alia quamplurima, quae erudito suo more pro hac parte congessit D.D. Ioannes de Solorzano D.o tomo 1. de Iure indiarum lib. 2 Cap. 17. et minis ac terroribus cogentes infideles ad fidem suscipiendam peccare mortaliter tenet Diuus Thomas 2 2e. q. 10. art.o 8. Sotus in 4. dist.e 5. q. unica art.o 10 Innocentius Cardinalis, et Abbas in Cap. quod super de voto, et idem Abbas in Cap. sicut iudicii de iudiciis ex quibus cum aliis quamplurimis autoribus, tenet Antonius Ricciullus in tractatu de Iure personarum extra Ecclesiae gremium existentium L. 2. Cap. 3. neutiquam cogi posse infideles ad fidem suscipiendam pro dicta pro Italia tamen sent. sunt quamplurimi Authores, et quamplurima fundamenta et Scotus in 4. senten. dist.e 4. art.o 9. censuit religiose fieri, si infideles cogerentur minis ac terroribus, ad suscipiendum Baptismum et ad illud postea seruandum compulsus l.o ex Luca Cap. 14. ubi Dominus loquens discipulis ait, exi in vias, et semitas, et compelle intrare ut compleatur domus mea domus enim Dei est Ecclesia in qua homines non intrant nisi per fidem Cap. maiores de Baptismo Cap. 1. de summa trinit. et fide catholica 1.a q. paruulus coactus a Christo venit ad fidem actuum Cap. 9. ergo non inconueniens est ut infideles cogantur ab ecclesia quod omnis Christi actio debet esse Ecclesiae instructio Cap. solemnitates el 2. de consecratio dist.e 1. 3. quia homines non sunt in sua malevola voluntate permittendi sed ad bonum cogendi ut pluribus probat Diuus Augustinus in Cap. displicet 23. q. 4. quibus accedit quod caritas quam proprium Christianorum bonum merito appellabat Clemens Alexandrinus Lib. 2. pedago Cap. 1. et Suarez in tract. de caritate disp. 9. sect. 1. nulla in re melius, atque utilius exteriori potest quam in hoc anima

rum

animarum infidelium convertendarum de Celo; qui semper Deo gratissimus fuit, et præcipue summis Pontificibus, et ecclesiæ prælatis, christianis Principibus, religiosisque alijs, et Apostolis, et reliquis præterea fidelibus; summopere commendatus ut pluribus sacræ scripturæ locis, et gravissimis Sanctorum Patrum testimonijs ostendunt. Salmeron tom. 12. super actibus Apostolorum tract. 38. Suarez de fide disp. 18. sect. 1.

Huic suffragantur iura in Cap. displicet. Cap. qui non. Cap. si invenitur 23. q. 4. et Cap. schismatici 23. q. 6. in quorum ipse resolvitur Archidiaconus ubi Ioannes Andreas in Cap. 1. de secreti Cap. 16. in 6. et Marcardus tract. de infidelibus, Cap. 14. ubi talem non esse violentam dicunt, quæ ex eo quod multo hic agitur servilium etiam rationum ita volentes imprimitur forma rationis in vi appetitiua, quæ impressio nihil aliud est quam virtus moralis, et ad eam respiciens Divus Gregorius Magnus lib. 3. ep. 26. ad Ianuarium ep. ... Caralitanum quæ habetur in Cap. ... vero 23. q. 6. docet homines rusticos, et ignaros qui tantæ perfidiæ et obstinationis sunt ut ad Deum minime venire consentiant tanto pensionis amore gravandos esse ut ipsa exactionis suæ pæna compellantur ad rectitudinem festinare, et lib. 4. epist. 6. inquit ex tali coactione magnum commodum sperari posse, nam licet fortasse illi, qui coguntur minus fideliter audiant conversantur eorum discipuli, qui multo plures erunt facilius credent, et multi parvuli innocentes per Baptismum salvantur quod etiam considerat Iosephus Acosta de procuranda indorum salute lib. 1. cap. 4. Suarez de fide disp. 18. sect. 3. et denique iustum esse bellum adversus infideles ut fidem recipiant quæ pluribus rationibus, verbis, et authoribus, novis probatum reliquere Seraphinus Freitas de iure imperio Lusitano Asiatico Cap. 9. Balencus adversus Venetos p. 7. n. 60. D.D. Ioannes de Solorzano tomo 1. de iure indiarum lib. 2. cap. 16.

His enim rationibus, et argumentis affirmativa et negativa supra dictæ quæstionis sententia stamini, et corroborari videntur ut mirum non sit utraque tot ac tantis sectatoribus placuisse Sed magis laudabiliter pia christianæ mansuetudini congruentior, et in puncto iuris verior ea videtur, quæ habet nullo modo coactam et violentam esse posse fidei propagationem, et prædicationem, quæ absque dubio magis convenit pacifici christi domini, et discipulorum eius prædicationi qui pace, et patientia sua, et eximia paupertate, et humilitate pacatum mundi vicerunt Sed tamen has duas contrarias opiniones ita componere curavit DD Ioannes de Solorzano D. tom. 1. de iure indiarum lib. 2. cap. 8. discrimen constituendo inter inter infideles subditos, et non subditos subditi enim infideles si quiete, et pacifice inter christianos degunt nullumque ab eis incommodum religioni, et saluti publicæ timeatur tolerari debeat et ab omnibus iniurijs defendi ut sic resipiscere possint et ad fidem converti Cap. dispar 23. q. 2. Cap. iudæi de testibus, Cap. qui sincera 45. dist. Cap. qui optamus

47 dist.

Ex. hoc § ... inspiratio ... Christiani

Solorzano Doctrina ... concomitantem

42. dist. Cap. non satis 86. dist. Cap. si Capis 16. q. 1. Cap. et si Iudeos Cap.
sicut de Iudeis l. nullus C. eod. Marcardus de Iudaeis, de Iudeis, et de in
fidelib. 1. p. Cap. 7. Ioannes Baptista Ferretus cons. 37. et cons. 381. = si in au
tem potentia, et ingratitudine sua christianorum gratiam, et caritatem demeruerint
vel aliquid in eos moliti sint, aut probabo suo exemplo, aut superstitionis
ritib. Christianum populum turbare aut fedare potuerunt, tunc aliquib. pe
nis propositis Cogi possint ad fidem suscipiendam vel a regnis expelli, et bonis
expoliari Didacus Perez in l. 4. tit. 3. libro ordina. Simancas in catholicis
institutio. tit. 35. Ant. Quiolus de iure personarum extra ecclesie gremium
existentium lib. 2. cap. 51. = in non subditis autem si prius convenienter moli
per Euangelicos predicatores noluerint fidem amplecti vel propter nimiam
eorum feritatem, et authoritatem neutiquam ad illos accedi potest, vel inter
eos secure conversari tunc licet manu armata predicationem asistrare aliter
enim fieri non potest, nec facile miracula sunt expectanda pluribus docet
eleganter D.D. Ioannes de Solorcano d. tomo 1. de Iure indiar. lib. 2. Cap. 18.
utcumque tamen sit certissimum est quod noster Bonifac. asserit quod etiam per vim
Conditionatam tamen non precisam vel absolutam accepta fide ad eam ferendam
obligari, semel etiam in religio christiana suscepta deferenda non est ne
nomen Domini blasfemetur, et fides vilis, et contemtibilis habeatur. ut divinit
Concilio Tolet. 4. Patres Can. 56. relato in cap. de Iudeis 45 dist. lo
cat Paschalius de patria potestate p. 4. Cap. 7. Ricciullus de iure per
son. Lib. 2. Cap. 35. et plurib. exornat et illustrat D.D. Ioannes de Solorca
no d. Cap. 18. unde recte noster Bonifacius VIII statuit in nostro textu con
tra sic receptam fidem deserentes procedendum esse tanquam contra Hereticos.

Ad hec secundo difficultas redditur ex eo quod omni iure stabili
tum est neutiquam obligare ea, que per vim et metum gesta sint Cap. 1. de his,
que vi Cap. et precipue ecclesie sacramenta veluti matrimonium Cap. ve
niens 13. cum seq. Cap. ad idem de sponsalib. ac aliis quam plurimis de quo la
te Basilius Legionensis de matrimonio lib. 4. per plura capita, et Pater Thomas
Sanchez eodem tractatu lib. 4. per plures disputationes, et Augusti. Barbo. in
Votis decisi. lib. 1. Voto 1. nec ordo sacer per vim et metum colatus, ad contin
tiam obligat ut eleganter suo more ex plurib. docet Augustinus Barbo. in Votis
decisi. Lib. 2. Voto 37.

Ad hanc dubitationem non obstante verissima est nostri textus
sententia respondetur per discrimen constituendo inter sacramenta, que in primum
caracterem et reliquas res, que per vim, et metum geri possint hec enim irrita
ri vel anullari possint remedis a Iure introductis in sacramentis autem ca
racter inprimitur, etiam incoacta illa voluntate, que ad hoc sufficiens est, un
de postea neutiquam deleri potest, Ad. Baptizatus remanet obligatus ad
fidem catholicam observandam ex d. Cap. maiores de Baptismo, et nostro

textu =

Secunda
Gratis dubita
tio
fit

tem, neque etiam obstat exemplum matrimonii respondetur namque Matrimonii Sacramentum carere caractere non imprimere, et de substantia, et natura sua petere omnimodam libertatem excludereque omnem vim etiam conditionatam ut late probant et illustrant Basilius Thomas Sanchez, et Barbo. ubi supra, nec etiam obstat exemplum ordinis quod difficilius est magna namque disparitatis ratio est inter Baptismum, et ordinem, tunc quia Baptismus est sacramentum necessitatis et similiter legis christianae observantia, at ordo, et continentia est de consilio, et voluntate quia ecclesia omnibus ad subdiaconatum promovendis precipit immediate continentiae votum non absolute cum non sit de consilio et de necessitate quod verum ad subdiaconatum elevari Cap. nullum 28. dist. ubi glo. verbo premiserit Cap. ante eadem distin. Sanchez de matrim. lib. 7. disp. 27. Basilius Ponc. lib. 7. Cap. 27. tum quia Baptismi susceptio, et professio legis christianae non est votum quod natura sua petat plenam libertatem sicut exigit perpetuae continentiae votum; tum denique quia obligationi Baptizati vivendi secundum leges christianas essentialiter est annexa caracteri Baptismali, et ideo qui vult antecedens vult consequens de necessitate at onus continentiae est accessorium ordini sacro ex statuto ecclesiae, et ideo stat quem voluisse initiari non tamen voluisse onus continentiae ad quod perfecta libertas petebatur ob quod Rota decisione 961 dicit quod obligatio profitendi fidem catholicam est essentialiter annexa caracteri Baptismatis, obligatio vero continendi ex statuto ecclesiae vel voto tacito est annexa subdiaconatui et non naturaliter ex quo sequitur quod subdiaconatus teneatur secundum naturam, et ergo subdiaconatus vivere non tamen secundum eius accidentia si alia de causa, quae non sufficit viciare naturam, et substantiam vitiat illa, quae quidem precisio in Baptismo non datur ut ex supra dictis constat. docet August. Barb. in votis decisi Lib. 2. voto 37.

obstat tamen huic doctrinae uide tr. l. 27. n°6. Bar. l. quae ex pertale

Et ut magis nostri Bonifacii mentem et ipsam explicemus et illustremus antequam hinc abeamus explananda est illa quaestio an sufficit qui coacti vel perium et metum obnegat fidem catholicam, vel idolis sacrificat corde tamen fidelis est, possit apostata reputari pro eius facilioris explicatione meminisse oportet non sufficere homini catholico sinceram fidei credulitatem, sed requiri etiam eiusdem fidei confessionem explicatam Divus Thomas 2. 2e. q. 3. art. 2. Isidorus de summo bono lib. 2. cap. 2. Simancas de catholicis institutis tit. 27. pluries, relatis Sanchez ad precepta decalogi lib. 2. cap. 4. hoc presupposito in hac quaestione dico casus ponunt considerari 1°. est quod coactio est precisa sive absoluta nempe quia renitens, et ligatus quis circumciditur vel eius genua flectuntur ab alio ante idola vel manus eorum fiexunt comprehensas ut purificaretur. et in tali casu nec apostata pot. reputari neque peccat cap. maiores. Ille ubi extra de Bapt. cap. presbiteros 50 dist. Ca constat 1. q. 1. Simancas d. tom. 27. Peña in directorio par. 2. Com. 24. et ratio est quia in tali casu coactus dicitur magis pati quam agere ut inquit Xs. in Cap. sacris

Questio de la Bonif.

in Cap. sacris de his, quæ vi et propterea pena pati non debet l. fedissima ubi Bald. et Salicetus C. ad l. Iuliam de adulter. glo. in cap. ita ne aliquis 32 q. 5.

Secundus casus est quando ius non est absoluta sed conditionalis veluti cum datur electio moriendi seu tormenta patiendi seu fidem abnegandi aut idolis sacrificandi, et tunc quamvis ad essentiam neque Apostata potest neque Hereticus reputari quia cum corde credat non adeo terror pertinax qui ipsi separare posset a communione fidelium Cap. §. 11 q. 1. glo. in cap. non solum 29. tit. negare 11 q. 3. dem. Rojas de Hereticis p. 1. n. 48. Peña 1 p. commen. 24. Iulius damus in § hereticus n. 3. Alberius Decia tract. Crim. lib. 9. Cap. 18. Acor institu. morali lib. 8. Cap. 9. 10. et 11. Sanchez ad precepta decalogi lib. 2. cap. 7. Iubens ab hoc peccato absolvere posse quilibet confessarium, fatentur tamen omnes quod hi peccant mortaliter tamen quia vitam magis profundere quam ad hoc debet aduci Cap. sacris de his quæ vi vel si meliter §. si metu ff. quod metus causa L. si patre cogente ff. de ritu Nuptiarum, et quamvis nolit negare christum vult tamen magis aliud per quod negat, quam illud quod negat cap. merito 15 q. 1. glo. in cap. non solum 100 negare 11 q. 1. quoniam vero animus intus latet, et ecclesia non iudicat de occultis cap. 1. de cland. desponsa. merito in foro exteriori aserens se christum negasse per vim et metum redditur suspectus de vehementi vel levi perspectis coniecturis personarum ut docet Peña in d.o com. 24. Acor l.o lib. 8. cap. 9. erit quidem de vehementi dispectus sine vel metu cesante nihilominus in negatione fidei, seu idolorum adoratione perseveraverit quia diuturna sinuatio demonstrat actus ex corde processisse Cap. fin de frigid. et malefiaiat. L. 7. C. de his quæ vi, item si persona gravis veluti Prelatus Monachus Theologus, et alius vir gravis et prudens, et vis vel metus non fuerit mortis vel tormentorum sed famæ vel exelli fatigatissimis carceris famis vel alterius generis non cadentis in constantem virum in his enim casib. suspicio est ita vehemens ut merito iudici possit ab iuratio Peña d. com. 24. ubi similiter si metus fuerit reverentialis Repertorium Hoc filio Farinac. de Heresi q. 183. de levi erit suspectus si negatio fuerit facta a personis non bene fidei causam catentib. et qui verisimiliter scire non poterat quam grave delictum sit negare hac cuiusmodi sunt pueri femine rustici et aliquos minor metus abesset diluit autem omnem suspicionem Heresis vel Apostasiæ si stati vi vel metu cesante doluerit, et penitentiam egerit Simancas d. n. 37. Peña d. comen. 24. Acor institu. Moralis Lib. 8. Cap. 9. in fin. Succedunt et alia in vi tes. illa scilicet si de hoc convicti fuerint preter christianos sive Iudeos. quæ sunt dificilis redditur ex eo quod de multis iuxib. magnis que rationib. prohibitum est testimonium iudeorum contra christianos iura autem sunt Cap. I. Cap. Iudei de testib. in Antiq. Cap. pagani 15. 2. q. 7. L. quoniam multi C. de hereticis l. 6. tit. 16. par. 3. rationes autem quam plurimæ possunt excogitari ut et in primis ex eo

quod

[illegible] dicendi [illegible] circa [illegible] christianus testes [illegible]

quod Iudei semper sunt, et fuerunt Christiani nominis, et omnium eorum qui eo insigniuntur infestissimi et publici hostes, et inimici ut pluribus probat exemplis DD Ioannes de Solorzano tomo 1. de iure indiarum lib. 2. Cap. 20 inimicos autem expellit testes maxime dixum et, inimiciores est. omnino quia iure inimicorum testimonium repellitur L. 3. in princi. Ubi notant DD. ff de testib. Cap. inquisitionis § 3. tertia de acusatio. Ubi Panormi eg. maxime itaque hos Christianos admittendum esse Iudeorum vel Paganorum testimonium asexit noster Pontifex.

Augetur hec dubitatio ex eo quod in testib. integre fidei argumentum requiritur L 3. in prin. ff. de testib. sed Iudei perfidi sunt. et ita pleno ore ab ecclesia appelantur quod neutiquam eorum testimonium est admittendum quo modo quod fidelis erit erga homines qui Deo extitit infidelis eorum quod testimonium reiici omnino debet qui veritati suae fidem abstulit ut ratiocinatur concilii Toletani ... in Cap. non potest 24. 2. q. 17

Ulterius probatur ex eo quod inter clericos, et laicos. ex eo prohibitum est in criminalib. et testimonium et acusatio quod eorum vita debet esse segregata Cap. nullus 2. Cap. laico 3. Cap. laicos 9. Cap. sicut sacerdotes 2. q. 7. quod ex eadem ratione multo magis prohibendum est in Iudeis a quibus fidelis magis segregati esse debent omni enim in recob periculi subversionis prohibitum est omne commerci genus cum Iudeis inclusi cum eis habitare eorum azymi vesci eos ut medicos accersere ab eis medicinas exhibitas recipere aegros invitare ad eorum convivia ire eorum filios nutrire eis famulari eorum pati servitutem cum eis balneis intrare eos publicis officiis fungi inter christianos ut probant Concilium Nicenum Can. 52, apud Alfonsum pisanum, Epaunense sub Gelasio Can. 5. aure lianense 3. Can. 13. iliberri Can. 50 Agatensi Can. 40. refertur in Cap. omnes 28. q. 1. Meconse Can. 4. metdgse Can. 53. Matiscense 1. Can. 13. 15. et 16. sexta Sinodus Can. 11. refertur in Cap. nullus 28. q. 1. cap. constituit 17. q. 4. Cap. adhuc de Iudi, et late prosequitur Mendoca pro confirmando Concil. illib. terri lib. 3. cap. 27. Petrus Gregorius in partitionib. lib. 2. tit. 5. Cap. 2. Sanchez lib. 7. in precep. de Calogi cap. 31. Ricciullus in tractatu de iure perso. extra ecclesiae gremium existent. lib. 2. Cap. 38. Cenedo Collec. 15. ad decretat, et praesertim cum in recipiendo testimonio Iudeorum communicandum cum eis. sit in re in qua videtur aprobari eorum ritus, et superstitionem nullus admittitur testimonium nisi iuraverit Cap. nuper 51. de testib. ast cum in testes recipiuntur Iudei et Sarraceni Iuramentum ferendum est super libris veteris testamenti, et Mahumetis al Corano ut afirmat Mascardus de probatio. Conclus. 944. resolut. 2. et alii a cenedo relati in hac. que re expresa iura ex septem parti. scilicet leg. 20. et 21. tit. 11 de las Iuras parti 3. ubi Sarracenis, et Iudeis defertur iuramentum iuxta legem suam et inde est illud Marcialis ad Verpum Iudeum

ecce negas iuras que mihi per templa Tonantis

de testimonio Judeorum et infidelium

ñ credo dura mihi verba p Archialum.

Credebant namque vulgo Romani Archialum esse Iudeorum sanctissimum numen q. ut hec integer neutiquam in spe nri txs. deberit admitti Iudeorum vel Sarracenorum iuramentum precipue cum ex eadem fortasse de causa Vlpianus etiam cius iuris consultus in L. 3. §. sed. ff. de iure iurandi docet q. siquis de tulerit iuramentum improbate religionis pro eo habeatur. adque si iuratum ñ esset de quo uideatur Leslius maximus de triplici iuris collat. lib. 1. cap. 103.

Sed his ñ obstantib. dificultatib. iustissime, et piissime in fidei favorem et ne tantum apostasie crimen inultum remaneret statuit nr Bonifacius in presenti uiuersus apostatas recipi posse iudeorum, et Paganorum testimonia et predictis dificultatib. breviter respondendum est ñ obstat l. quam ex perfidia et innato odio, et inimicitia Paganorum, et iudeorum aduersus christianos conficiebamus cui difficultati respondeo in fidei favorem, et Apostatarum, et Hereticorum odium statutum esse ut perfidi infames, et quantumvis iure reprobati testes id mei probentur in causis fidei ut pluribus docet D. Rosas singulari fidei 190. et 191. sed ad rationem inimicitie dificilius est respondere nam licet Archidiaconus in cap. accusatus ñ 4. hoc nro tit. de hereti. inb. alegando txs in Cap. licet Heli cap. per tuas de simon. et Ioannes Nicolaus de Hereticis notato. tenuerint etiam inimicos esse in causa heresis idoneos testes tamen Villa Diego de Hereticis q. 13. Simancas de Catholicis institutis cap. 15. et 16. contrarium tenuerunt qq. accesit D. Rosas singulari fidei. 200. ubi pluribus probat inimicum testem etiam in causa heresis ñ esse idoneum ut et inimicitias explicat, et inter alia exempla ait etiam idoneos testes qui sunt de aliqua familia alteri contraria ex doctrina Baldi in L. unic. de raptorib. Virgin in Cap. si vasallus in principio, si de feudo fuerit controuersia in vnb. feudorum Abati in Cap. cum D. manionista de acceptatio Felino in cap. repellantur eodem tit. at fuerunt in Italia Guelphi et Gibellini et in Genua orrui, et regno in Napoli Sagioni, et Basolleti in florentia Alouises, et Alemanises in Navarra Beamontes, et Agramontes et in Trusillo, et Caceres inter Chaues, et Varjas in Vbeda inter carbalales et lobos in Baetia inter Carbalales, et Benauides sed cum nulla potest esse familia alteri infestior quam est familia Iudeorum et infidelium familie christianorum sequitur ex predicta D. Rosas doctrina neutiquam posse in casu nri txs. aduersus apostatas admitti testimonium Iudeorum Paganorum, et Hereticorum.

Sed hac doctrina ex sua probabilitate relicta et his casib. in qq. locum habere possit reseruata ut nri Pontificis textum defendamus pro rationis dubitandi solutione subtilem iuris rationem excogitaui nempe ñ posse apostatas in casu nri txs. a testimonio repellere Iudeos Paganos et Hereticos ut perfides inimicos et in testab. res ex eo q. et fidem, et mores eorum reprobarunt, et amititiam expecierunt ad eorum superstitionem

Questiones [illegible]

superstitionẽ transeũdo vel redeũdo, q duplici iuris dispositione probo 1° enĩ est q si orthodoxus contra Hereticũ litigauit, et aduersus eũ aliũ Hereticũ in testem aduxerit ut Cap. Hereticus 26. q. 7. et q aliquid dixerit contra christianũ productũ valet eius testimoniũ neque infidelitatis exceptũ illi obiicere potest ut docet Bonifatius de Vitalinis in clem. 1. de testib. q ex ea ratione est fidẽ eius aprobabit eũ ad testimoniũ producendo l. siquis testib. C. de testib.

Alia est in spe txs. in Cap. nulli 5. de accusat. ubi antiquis tibi cũ quidẽ familiaris episcopi ipsũ vellent criminis accusare exceptũ ille gitimitatis aduersus eos oposuit dicens eos suspectos malẽ famẽ et uilis opinionis esse quẽ quidẽ exceptio utrũ sit admitẽda quẽritur respondetur q n̄ licet episcopo illos a sua accusatione repetere quos a sua familiaritate sepẽrare neglexit antequã accusarẽ eũdẽ, licet enim infames, et criminosi ab accusatione semper repelãtur Cap. prohibẽtur 2. q. 1. Cap. infames 6. q. 1. l. criminis C. qui accus. n̄ poss. l. qui iuditio l. qui accusare ff. de accusat. hoc tamẽ in episcopis, et aliis prelatis fallit qui n̄ possũt familiares suos illos dicẽtes repellere pretextu criminũ qq. ixxetiti sunt q speciale iure in eos statutũ est qui secũ habere debent fideles familiares et honestos cũ enĩ suos semel aprobaberũt qui de vita illorũ perhibeãt testimoniũ argumẽto txs. in Cap. pastorales 1. q. 7. ideo que si illos elegerũt, et eos semel aprobaberũt n̄ possunt illos amplius improbare argum. txs in Cap. ortẽdus 32. q. 5. Cap. ueniens de filis presuiterorũ l. pomponius ff. de negotis gestis l. si Vxor. in fin. ad l. Iulii de Adulter. q ex his iuris rationib. optime Bonifacius n̄rs. statuit n̄ obstante perfidia et inimicitia aduersus apostatas idoneos esse testes paganos Iudeos et Hereticos eo q. ad eorũ superstitionẽ transeũdo uel redeũdo eorũ amicitiã experierũt fidẽ, et mores aprobarũt

Neque etiã deest dubitatio illas quã afferebamus ex prohibitione comerci, et communicationis nã breuiter dicimus hac rationẽ atendi cũ subest periculũ subversionis n̄ autẽ quãdo militat fauor fidei ut in nostro casu.

Augetur 2a difficultas: Laicus valet clericorum Caussas terminare; ergo et de rebus ecclesiasticis cognoscere probatur ans., Laicus feudi Dominus cognoscit de caussis feudalibus inter vasallos clericos cap. ex transmissa 6. cap. verum 7 de foro comp. ergo valet clericorum terminare, ergo et de rebus ecclesiasticis cognoscere

possunt

possunt cum inter personas ecclesiasticos iudicent; ergo minus bene contrarium statuitur in nostro cap.

Contra in eam nostre ... partem in qua dicitur quod ecclesiarum Prelati Laicorum iudicio disponere non debent de negotiis ecclesiasticis maxime spiritualibus; sic insurgo: Laici possunt agere de rebus ecclesiasticis et spiritualibus, que confirmari debent ab ecclesiarum Prelatis; ergo ecclesiarum Prelati valent disponere de rebus ecclesiasticis, seu negotiis et maxime spiritualibus Laicorum iudicio; probatur ans quoad primam partem: Pontificis, et Episcoporum electio est quid ecclesiasticum et spirituale vel saltim spiritualitati annexum, ut docet Abbas in cap. sacro sancta 51. de electione Julius Laborius in suis elucubrationibus tit. 4 q. 14 n. 36. et late cap. 16. n. 118 sed de his electionibus laici agere possunt cap. quia 9 cap. quanto 10 cum sex segg. dist. 63; ergo Laici possunt agere de rebus ecclesiasticis et spiritualibus = quoad 2am partem primum ans probatur ex cap. nobis 17 eadem dist. ubi Imperator petiit a Leone quarto Summo Pontifice, ut episcopum faceret Colonum in Reatina ecclesia, et Pontifex illum fecit sed tribuendo alicui episcopatum datur aliquid spirituale ecclesiasticum ut est iam probatum; ergo Ecclesiarum Prelati confirmando dictam electionem, disponunt de rebus ecclesiasticis et maxime spiritualibus Laicorum iudicio; ergo nostra ... enervatur

Augetur difficultas ex eo quod non solum res verum etiam ecclesiastice persone subiiciuntur Principibus secularibus; ergo Prelati ecclesiarum debent disponere de ecclesiasticis rebus laicorum iudicio; probatur ans; ex Apostolica traditione ex cap. 8. 11. § 1. ubi D. Petrus generaliter precepta vellata in cap. magnum scribens omnibus fidelibus tam laicis quam clericis ait: estote subditi Dominis vestris sive Regi quasi precexcellenti sive ducibus tanquam ab eo missis ad vindictam malefactorum; laudem vero bonorum. cap. omnis anima 2 de censibus; nam olim ... de personis et causis ecclesiasticis cognoscebant l. placet 5 C de sacros. eccles. l. cum clericis l. omnes 42 C de episcop. et cler. ergo ex Apostolica divi Petri auctoritate ecclesiastice persone Principibus secularibus subiiciuntur ergo tanquam subditi ecclesiarum Prelati debent disponere de rebus ecclesiasticis Laicorum iudicio ergo nostra ... defendi nequit

Denique in ultimam partem nostre ... sic insurgo: Prelati ecclesiastici non possunt executioni mandare suas sententias interveniente iudicum secularium prohibitione; ergo ob laicorum prohibitionem Prelati ecclesiastici omittunt ecclesiasticam exercere iustitiam probatur ans. si condemnatus clericus appellaverit ad Laicos Iudices per viam violentie, tenet appellatio; sed appellatione pendenti sententia nequit executioni mandari ex iuris regula quod nihil est innovandum appellatione pendenti l. unica nihil innovari appellatione interposita, cap. 5 cap. non solum 7 de appellationibus in 6. ergo interveniente prohibitione

Iudicum

Judicum Secularium Praelati Ecclesiastici non valent suas sententias
executioni mandare; et ob laicorum prohibitionem omittunt
Praelati ecclesiastici Justitiam exercere; quod teneat appellatio
ad Laicos Judices facta per viam violentiae probatur ex
cap. boni Principis fin. dist. 96. cap. Regum 23. cap. ad ministratores
26. 23. q. 5. docent D. Covarr. in practicis cap. 35 Salgado de
protectione Regia tomo 1 p. 1 cap. 1 et 2 plures dabit Diana p. 1
tract. 2 in principio Balboa in cap. 7 de appellat. § Denique no 4.
Fermosino in nostro cap. q. 19 per totam; et cum clericorum protectio
ad Principem Secularem pertineat ecclesiasticus Judex pendente
appellatione per viam violentiae ad Laicos interposita non poterit
suam sententiam executioni mandare et ita non valet ecclesiasticam
exercere justitiam interveniente Laicorum Judicum prohibitione
nostra quae verba de primo verbo usque ad ultimum defendi non potest

Sed His non obstantibus aliqua prae
notanda sunt ad nostri textus explicationem et primo notandum est
duo esse christianorum genera et reppete hic ea quae dixi in cap. 25 de
decimis notabili 1. usque ad ea verba Barbosa in collectione Apostoli
carum decisionum collect. 442. inter ecclesiasticas personas alii sunt
subditi, alii praelati; de his posterioribus nunc est agendum, et Praela
torum appellatione non solum veniunt Episcopi, Archiepiscopi, Primates, et alii
superiores, verum etiam alii Praelati inferiores ordinariam Jurisdictionem
habentes cap. 1 § porro de statu regular. in 6 cap. 1 § nunc etiam de
foro compet. in 6 cap. Romana 3. § ab Archidiaconis de appellat. in 6
unde sequitur quod Abbates Praelatorum appellatione contineant
ut docent Decius et Rota in nostro cap. Ascanius Tamburinus de Jure
Abbatum tomo 1. disp. 1. q. 3. n. [illegible] n. 1. Suarez de religione
tomo 4. tract. 8. lib. 2 cap. 2 no 2.; et appellatione Praelati venit
Praelatus immediatus et ita si debeat dari alicui monacho studendi licentia
a suo Praelato, intelligitur de Abbate vel alio immediato Praelato cap. 2 ne clerici
vel monachi in 6. et similiter est dicendum pro aliis rebus quas ad suos
usus et necessitates religiosi habent cum Praelati permissu et ut professus
transire valeat ad strictiorem religionem sufficit licentia superioris
immediati scilicet Abbatis illius Monasterii, vel Prioris; non vero requiritur
Provincialis vel generalis licentia ut ex Calderino docet Barbosa de
appellativa verborum juris significatione appellativum 215 et in collect. ad nostrum cap. n. 3

2.o praenotandus est quod negotia ecclesiastica
vel pertinent ad ecclesiasticas personas vel ad res ecclesiasticas et herres
aut sunt temporales vel spirituales; temporales dicuntur ecclesiasticae causae
peccuniariae civiles et criminales; spirituales illae dicuntur quae ex fide
et sola animi cogitatione pendent quae ad Dei cultum pertinent et quae
circa eum sunt, maxime spiritualia dicuntur, sicuti illa fluxo

Et

et Caduca quę corpori ex parte acommodant, quę profana dicuntur
temporalia et secularia si non deseruiant sacris rebus: Dei dona et virtutes
inter spiritualia sunt cap 1. cap 2. 1. q. 1. et sacramenta ratione connexionis
et quia spiritualia dona conferunt sunt spiritualia ut docet Magister Sententiarum
lib 4 dist. 1 et 2 et sicuti ea quę locis religiosis adhęrent religiosa censent.
ut docet Paulus in l. quę religiosis 43. de rei vindicat. similiter patrona
tus ius spirituali annexum est spirituale cap quanto 3. h. tit. cap de iure 16
de iure patronatus. Sacra vasa et vestes aliaque destinata iuri divino destinata
spiritualia sunt nam licet corporea sint, tamen quid spirituale est in eis quod
est incorporeum et solo animo et intellectu dignoscitur, et dicuntur spiritualibus
annexum antecedenter ut docet Gibalinus de Simonia q. 3. n.o 5. Beneficia
prebendę, decime et alia emolumenta quę supponunt officium, ordinem clericalis
et ius quorum ratione percipi possunt dicuntur spiritualibus consequenter
annexa. in utroque iure sunt plures tituli agentes de rebus spiritualibus
sacris, ut est titulus in iure civili de summa trinitate et fide catholica
in C. de sacrosanctis ecclesiis cum aliis usque ad tit. 16. in nostro canonico iure
sunt tituli de summa trinitate, electione, postulatione cum seqq. tam extra
quam in 6 et clementinis plura de rebus spiritualibus sacris et de rebus
ecclesiasticis cumulat Gibalinus de Simonia q. 3. et 12 et de universa
negotiatione lib. 1. q. 4. consect. 4 Petrus Greg. lib 1 syntagm. cap 10 =
Inter alia privilegia quę personis et rebus ecclesiasticis sunt concessa
illud maximum annumerat. scilicet ut laici iudices de eis agere nequeant
presumere quia propriam authoritatem ad hoc non habent ut docet Fuscus
tomo 2 litt. D. concl. 339 Rebuffus in tract. nominationum q. 5 n.o 29
et ratio in eo stat nam potestas laica est pure naturalis et temporalis
ideo non respicit supernaturalem finem ad quem spiritualia tendunt, de
ecclesiasticis rebus temporalibus agere non valent ad prohibitionem synodi
Constantiensis sess. 13. et 15 Synodus Trident. sess. 25. de reformat. cap 20
cap bene quidem 1. q 6. dist. et omnis causa 11. q. 1. cap non minus et toto tit.
de immunit. ecclesiar. cap seculares 2. de foro compet. in 6 auth. statuimus
C. de epis. et clericis l. 3. tit. 6. q 1. Tapia tomo 2 cathenę moralis
lib 5 q 10 art. 3. ideoque in d. synodo Constantiensi damnati fuere
Hus, et Wiclaph quia asserebant seculares posse iudicare de rebus
spiritualibus et in extravaganti Ioannis 22 ob id fuit damnatus
Marsilius Paduanus, et horum errores mox fuit secutus Martinus
Luterus et Henrricus octavus Anglię rex qui se Anglicanę eccl.
caput constituit in spiritualibus, et temporalibus: qui ab eccl. damnati
fuere; primus a Leone decimo Anno 1520 n.o 2 docet Spondanus in
continuata, rex a Clemente 7 et Paulo 3. ut idem Spondanus
ait Anno 1534 n.o 5 et Anno 1535 n.o 15; unde fluit cognitionem ecclesias
ticarum rerum temporalium et spiritualium ad prelatos ecclesiasticos pertinere,
imo olim omnium Christianorum lites ad ecclesiasticum forum devolvebantur,
et passim in eccl. omnium fidelium iudicia penes Episcopos erant ut
refert D. [illegible] Divus Chrysostomus de sacerdotio q 18 Larrdmeter
de vetere clerico monacho lib 2 p 1 cap 20; sed hęc cognitio non

per

pertinuerit pertinuit iure proprio ad episcopos seu eccl[esi]ae prelatos
Sed ex Imperatorum et Principum benevolentia fuit permissu
Laicis, ut pro suo libitu possent Iudices ecclesiasticos adire ad suas
terminandas lites, ut docet Lex 1. C theodos. de episcopali audientia
ibique in comment. Jacobus Gotofredus Novella Juliani 115 Justiniani 79
et 86; sed mox ob nimias prelatorum occupationes quibus litigantium
iurgia eos implicabant, et ob clericorum avaritiam egre prelati hanc cognitio
nem tullere, ideo Sylvanus Troadis Episcopus, hoc cognoscens neminem
ex clero esse Iudicem permisit ut ait Socrates lib 7 historiae cap 37.
Hanc secularium caussarum cognitionem eccl[esi]a abiecit, sibi tantum
reservata ecclesiastica iurisdictione. V. decretum Anacleti cap 1
Silvestri, Julii, et Eugenii ut patet in nro cap.
Inter plures questiones que in nro cap.
exagitantur celebris est illa an iure divino, seu possitivo Laicis
sit prohibitum ex negotiis ecclesiasticis agere seu iudicare? et an
in nostro cap. novum ius constituatur? et secundum omnium sententiam
res spirituales, aut spiritualibus annexas antecedenter vel consequenter
iure divino eximuntur a Laicorum cognitione; nam Christus Dns in lege
evangelica Petro et eius successoribus potestatem dedit spiritualem
non vero Principibus secularibus cap in novo 2. dist. 21. cap quorum
vices an. dist. 68, et ita divino iure tantum admittuntur Prelati
ecclesiastici ut agere valeant de rebus spiritualibus, et repellunt
Iudices seculares, ut docet Dominus Covarrubias in pract. cap 31.
nº 2 Molina de Iustitia et Iure tract. 2. disp 31. ad 1. alios dabit,
Balboa in nro cap. a nº 2 cum seqq. Fermosino in nro cap q. 2. et ita
controversia est circa res clericorum temporales et duplex est sententia
prima docet clericorum res, et caussas temporales esse a Laicorum cogni
tione solum lege humana Imperatorum sectis per privilegia que in
iuris corpore reperiuntur ab illis concessa, ut patet ex Autha. ut clerici
apud proprios episcopos in pro collect. 6. et ex Federici constitutione
in autha. statuimus C de episcopis et clericis docent Covarr. et Molina
ubi proxime. Garcia de nobilitate gloss. 9 nº 1. Salgado de regia
protectione p 1. cap 1 D. Larrea tomo 1. decis. Granat. disp. 4. nº 18
Salzedo de lege politica lib 1. cap 3. et alii quos dabit Zenedo ad
decret. collect. 37 et probatur ratione. nam si de iure divino Laici
excluderentur a cognitione rerum temporalium eccl[esi]ae vel clericorum
equaliter esset exclusio nulla clericorum habita distinctione quia
ius divinum naturale nullam inter clericos facit distinctionem; sed
diversimode gaudent excemptionis privilegio clerici coniugati; ac
gaudent alii clerici ut patet ex cap unico de clericis coniugatis in 6.
Synodus Trident. sess. 23. cap 6. de reformat. Deinde quia licet
clericus conveniri nequeat coram Laico Iudice tamen reconveniri
potest in caussa civili ut docet Balboa in cap tuam de ordine cognitionum
plures dabit D. Larrea nº 11; ergo nentiquam Laici excluduntur a

Iure

Iure Divino ex tali cognitione sed ex Iure positivo. Et hanc tenet
sententiam cum pluribus, quos refert Fermosinus ubi sup.
Contraria vero sententia docet Laicos
Iudices iure Divino esse exclusos a cognitione vero temporalium ecclesiasti
carum et huius sententiae fundamenta deducuntur ex text. in cap. si Imperator 11
distinct. 96. cap. continua § cap. 13. cap. rellatum 14. q. 1. cap. futuram 15. 12 q. 1 cap. nimis
de Iure iurando cap. quamvis 4 de censibus in 6. in quibus ad ius divinum refert
exemptio et in d. cap. continua et cap. futuram referuntur Imperatoris Constan
tini verba in Synodo Nicena rellata ibi vos a nemine iudicari potestis
sed iudicio Dei reservamini; Dii enim vocati estis et id circo non potestis
a hominibus iudicari. Et Lateranensis Concilii sub Leone 10.
sect. 9 probant ibi cum a iure tam divino quam humano Laicis nulla potestas
est atributa in ecclesiasticas personas. et Synodus Trident. sect. 25. de
reformat. cap. 20 ibi Dei ordinatione et canonicis sanctionibus. et in Synodo
Coloniensi p. 1. cap. 20 ibi hanc immunitatem vetustissimo iure pariter
Divino et humano pariter introductam; probatur etiam ratione; nam sacerdotio
supposito etiam apud Ethnicos hoc privilegium sacerdotibus fuit observatum,
nam Pharaon noluit sacerdotum possessiones esse tributis obnoxias
Genesis cap. 47 et idem dicitur de Artaxerxe. Esdrae c. 7 et in l. gratiae
hoc exit apertius ius naturale ut argumentatur Pontifex in cap. non minus 4
de immunit. ecclesiar. unde cum in lege gratiae maior reverentia sacerdotibus
debeatur quia in excelentiori modo Deo sancte consecrati ideo dignoscitur
ex tali iure eos esse exemptos a Laica potestate — Deinde quia sacerdos
sui status ratione superior est Laico cap. duo sunt 10 dist. 96 sed inferior
secundum rationem non valet superiorem iudicare cap. solitae 6 et cum inferior
16. de maior. et obed. ergo Laicus tamquam inferior non poterit clericos iudicare.
Hanc sententiam, ut fundatam in iure Divino, et positivo ob expressa Pontificum
et conciliorum decreta sequuntur Navarro in cap. novit. de Iudic. notabili 3.
nº 52 Belarminus lib. 1 de clericis cap. 28 proposit. 5. et de Summo Ponti
fice cap. 29 Suarez in Regem Angliae lib. 4 cap. 8. Sanchez in consiliis
moralibus lib. 2 cap. 4 dubio 55. Diana resolutionum Moralium 6 p. tract.
1. resolut. 21. Sayrus in clavi regia lib. 12 cap. 8. nº 6. Gutierrez
in l. nemo potest nº 107 de legat. 1. et de gabellis q. 92 nº 8. Greg. Lopez
in l. 1. tit. 5 p. 1 verbo Sinal. Barbosa lib. 1 de universo iure ecclesiast.
cap. 39 § 2 nº 5 ubi plures dabit Balboa in rubr. cap. 2 nº 11 et 18 unde
cum ex apertis decisionibus constet non debemus immorari in refellendis
contrariae sententiae fundamentis cum nullo canonico nitantur fundamento. nec solutiones,
quas tribuunt iuribus pro hac ultima sententia ad capita adducta cupidus
consulat predictos Authores — Nunc restat terminare
ultimam questionem propositam scilicet an in rubr. cap. nonum consti
tuatur ius et ex vi illius verbi decernimus, quo usus est Eugenius
in rubr. cap. dicunt Doctores quod nonum ius constituitur in rubr. cap. et ratio
est quia Imperatores, et Laici solebant inter clericos, et de eorum causis

cog

Cognoscere ut patet ex l. placet C. de sacros. eccles. l. omnes C. de episcop. et clericis imo de sacramentis et fide catholica cognoscebant ut l. 1. C. de summa Trinitate l. 1. C. ne sanctum baptisma iteret. cap. filiis vel nepotibus 31. 16. q. 7 cap. ceterum §. hoc. cap. ex transmissa §. cap. verum 6 de foro compet. cap. 1. de apostatis cap. perpendimus 23. de sent. excomm. et quia ex sua natura hoc verbum decernimus novum ius constituit ut docet Navarrus ex pluribus glossis in nostro iure in cap. accepta 3. de restitut. spoliat. opposit. §. nº 8. Balboa in cap. 4 de except. nº 7 Barbosa de dictionibus usufrequent. dictione 79 docet Fermosino in nostro cap. q. 1. = Sed venia tot virorum scilicet aliquid ex propria

penu pena dicere et propriam exponere mentem contrarium verius mihi videtur scilicet quod in nostro cap. non statuitur novum ius sed secundum ius antiquum laicis in nostro cap. prohibetur de rebus ecclesiasticis disponere vel de negotiis ecclesiasticis iudicare, et haec mea opinio eo nititur fundamento quod hoc idem fuit cautum a Pontifice Nicolao primo in Bulgarorum consultatione ut manifeste dignoscitur ex cap. consulendum fin. dist. 28. ubi laici cognoscere non valent de causis clericorum et ratio quae assignatur est quia laici estis sed hoc ad prelatos ecclesiasticos pertinet. Sed haec Nicolai constitutio sive lex fuit facta anno 866 Concilium vero Remense fuit celebratum ab Eugenio tertio anno 1148 et ex canones dicti concilii nostrum cap. decernimus fuit assumptum ut in dictis annis docet Baronius et Spondanus in eius epitome; ergo ante Concilium Remense per spatium ducentorum octoginta duorum annorum fuerat iam laicis prohibitum iudicare de negotiis ecclesiasticis; ergo in nostro cap. novum ius non constituitur sed refertur vetus ius; idem comprobatur ex Concilio Romano sub Pontifice Nicolao secundo celebrato anno 1059 ubi dicitur cuiuslibet ordinis clericos laici non iudicent nec de ecclesiis eiiciant; sed hoc decretum fuit factum octoginta et novem annis ante nostrum Remense Concilium, ergo non potuit ut novum hoc ius statui in Remensi Concilio. Sed manifeste comprobatur ex decreto Eugenii secundi ibi decernimus ut laici ecclesiastica negotia terminare non presumant, ut refert Crespetius in summa verbo laici non intermisceant se negotiis ecclesiasticis Eugenius 2us fuit creatus Pontifex anno 824 Remense Concilium fuit celebratum anno 1148. patet ergo fuisse antea hoc prohibitum et ita de novo nihil in nostro cap. statutum. Sed ut contrarie sententie fundamentis satisfiat tria tempora sunt distinguenda ut dignoscatur quomodo ecclesia usa fuerat hac exemptionis privilegio et primum est ab ecclesiae initio usque ad Constantinum Imperatorem = 2um a Constantino usque ad Federicum secundum. Tertium a Federico usque ad nostra tempora, de qua nulla est dubitatio; primo tempore licet de facto non fuerit in usum exemptionis privilegium cum gentiles essent imperatores, et eo ut non poterat ecclesia, tamen de iure divino exempti erant clerici a laicorum iudicum cognitione licet de facto cognoscerent; nam ad vitanda maiora mala eam subiectionem prudenter ecclesia permisit: Secundo tempore ab initio

Imperatorum Xphanorum constat fuisse clericos iure proprio
Exemptos, et ius fuit de facto observatum nisi aliquando per
Tyrannidem impediebatur et licet tunc temporis plures leges de hac
re factae fuerint, tamen nullae sunt, et illicitae, ut fuit declaratum
in Concilio Carthaginensi 3. canone 8. et Milevitano canone 19. docet
Cironius ad tt. de foro compet. Ant. Aug. Epistola 68. nam Impera
tores nullam potestatem condendi leges habent pertinentes ad ecclesiasticam
Jurisdictionem cp. 7 cp. eccla. Sanctae Mariae 10 de constit. unde
Cum hac temporum diversitate facile fit satis omnibus legibus
quae pro contraria sententia adduci valent = Quod verbum decernimus
novum ius inducat regulariter concedo, semper nego nam pluries Ponti
fices respondent consultationibus secundum ius antiquum, et tamen
utuntur verbo decernimus ut docet eleganter glossa finalis in cp. consulta
tioni 16. de tempor. ordinat. et in cp. ex tua 9 de filiis presbyterorum
et Panormitan. in cp. 1 de dolo et contumatia no. 7 Felinus et Decius
in q. 1 de constit. = Ex his dignoscitur decidendi ratio
ad nostrum cp. nam cum divino iure sint clerici, et eorum res exempti á
Laicorum cognitione quia cum lege divina sint instituti ad sacras operan
das functiones cp. 1 dist. 21. si ad secularia iudicia vocarentur et ad forenses
controversias non possent Deo militare unde maxime conveniens fuit legi
divinae et Xptianae Reipublicae, ut in temporalibus clerici excipiantur
a seculari potestate, et ita divinum ius exponitur in nostro cp. prohibens laicis
ut negotia ecclesiastica non praesumant tractare, hoc est propria authoritate
seu iurisdictione, quia sunt domini committunt, nam hoc ad eccle. praelatos
pertinet, qui laicorum iuditio de eis rebus disponere non debent et maxime
de spiritualibus, cum finem supernaturalem respiciant ad quem laica potestas
non extenditur et pariformiter debent ecclesiastici exercere iustitiam
non obstante laicorum prohibitione quia talis prohibitio ex iurisdictionis defectu
nullius est momenti docent Barbosa lib. 1 de universo iure eccles.
cp. 39 § 2 no. 7 et Landati in nostro cp. = Non obstat l. alimentis
probans laicos posse cognoscere de possessione rei spiritualis cp. fin. h. tto.
cp. petimus 19. 11. q. 1. cp. causa 7 qui filii sint legitimi sed ex factoius
oritur d. l. 52. § 2 ad l. Falcidiam quo cognoscendo de facto rei spiritualis
eius de iure valent cognoscere = Sed Res quod est valde controversum
apud iuris Doctores an Laicis valeat cognoscere de possessione vel
facto rei spiritualis quorum sententias pro utraque parte et authores
refert Barbosa ubi proxime no. 160 Balboa in nostro cp. no. 91 fer
mosinus in nostro cp. q. 10 et in cp. fin. h. tto. q. sed negativa retinendo
sententiam Rer. ad cp. fin. h. tto. quod in eo non agitur de quasi possessione
alicuius rei spiritualis vel ei annexae sed rei mere temporalis ut
erat electio Rectoris secularis ad officium seu magistratum secularem.

sit

ut docent Saahagun in cap. 2 de Iudiciis nº 186 Garcia de Benef. p. 1. cap. 2. nº 58 et alios quos dabunt Balboa et Fermosino ubi proxime quod de tali electione agatur in d. cap. fin. probat ex illis verbis: tempus regiminis electi predicti inutiliter elevatur que verba nequeunt intelligi de Rectore alicuius Eccle. vel dignitatis Ecclesiastice, quia non ad certum tempus quo causa protractata dilabitur sed in perpetuum hoc est ad eius vitam tribuitur sive in eis eligitur cap. Sanctorum 2 dist. 70 cap. unico ubi glossa de capellis monachor. in 6. nam omnia Ecclesiastica beneficia sunt perpetua quoad accipientem usque ad eius mortem: seculares Magistratus bene possunt eligi ad certum tempus, quin detur aliqua repugnantia contra eius offici naturam

Nec obstat cap. petimus 19. 11. q. 1. cui R. omissis aliis pluribus solutionibus quod in eo agitur de auxilio brachii secularis et ita ibi per modum auxilii, non vero per cognitionem alicuius cause ecclesiastice agitur ut docet Menochius de recuperanda remedio 5 nº 213 Gutierrez lib. 1 Canonicar. quest. cap. 34 nº 27 = ad cap. Causam 7 qui filii sint legitimi = R. quod in eo agitur de laicorum proprietatibus, ideoque de causis profanis, scilicet spoliatione seu invasione bonorum per laicos facta laicis, quando Anglus quidam nepotem fratris sui defuncti spoliaverat ex ea causa scilicet quia dicebat matrem defuncti illius nepotis legitimam non fuisse, cuius spoliationis causa non ab iudicibus ecclesiasticis sed ab Anglorum Rege sive regio iudicio cognosci dirimique non invitus patitur Pontifex: causa status hoc est legitime sobolis fuit reservata iudicibus ecclesiasticis, quia spiritualis est. ita loquitur predictus cap. 7 et ita non obstante in nro. DD.m eodem modo intelligendus est decisalis nostri in cap. tuam 3. de ordine cognit. docet Barbosa de officio Epi. 3. p. alleg. 84 nº 26 Fermosino in cap. fin. h. tt. q. 2. nº 30 = Nec obstat quod ex facto ius oritur, et quod facti et iuris cause sunt conexe ut nequeant separari = R. quod factum et ius omnino sunt res diverse ut probat ex l. ordine ad municipalem unde licet ex facto ius oriatur d. l. 52 § in clivo ad l. Aquil. tamen non ideo est dicendum rem esse inseparabilem, nam sensus est quod secundum circunstantias factorum variantur etiam iuris species et ita intelligit d. l. ut docet Balboa in d. cap. tuam nº 30 Fermosino nº 21. ex Barbosa lib. 1. de univers. iure Eccles. cap. 39 d. § 2

Non obstat 2 difficultatis augmentum probans posse laicum feudi dominum de causis feudalibus etiam inter clericos vasallos cognoscere cap. 6 cap. 7. de foro compet. et ettr. = R. quod feudi dominus est iudex privative in causis feudalibus que sunt mere seculares et terminande secundum feudorum usus, et traditiones et feudi dominus iudicat peritus magis, ut alii ideo ei data est cognoscendi facultas a Pontificibus que etiam clericos ligat sed tamen ex hoc non sequitur quod laici valeant cognoscere de rebus ecclesiasticis: docent Balboa nº 131 Fermosino in nro. cap. 5. h. tt. q. 1 et cuilibet videat. q. 2. ubi plura iura circa hanc rem explicat. et late in d. cap. 6. et 7. de foro comp.

Non obstat 2 duo. ratio probans

posse

posse Laicos disponere de rebus spiritualibus ex eo qd Ponti
ficis, et Epporum est quod spirituali anexum Abbas et ibi relati
sed de iis electionibus Laici agebant cp quia 9 cp lo cum segg dist 63
ergo agere valent Laici de rebus spiritualibus = R. verum esse
qd electio Pontificis, seu Epporum est aliquid spiritualitati anexum
ut probant laudati Authores, etiamque verum est qd Imperatorum
consensus requirebat in summi Pontificis electione, ut patet ex
dictis, et aliis iuribus, sed tamen cum temporum distinctione facile eis
satisfit; nam post divum Petrum Pontifices electio erat penes Romanam
Eccl. scilit penes presbyteros, et Diaconos qui in Dno Urbe a Bto
D. Petro creati fuere in Apostolorum locum, qui per Orbem predicationis
causa erat dimissi, et isti mox dicti fuere Cardinales ut docet Barbosa
late lib 1 de iure eccles. cp 3. Laborius tto 4 cp 4 nº 3. postea D. Silvestri
tempore fuit adhibitus clerus, et Romanus populus ad presentiam et corrobora
tionem exhibendam huic electioni Pontificie, ea de causa ut clericorum seditiones
removerentur, et ut cuilibet liceret vitia seu virtutes eligendi explanare
et ut Prelatus suo consensu acciperent. sed mox quia scandala pulsa
omnino non erant: Romanus Imperator electioni cepit suam interponere
authoritatem, ita ut electus legitime Pontifex non iudicaret, nisi accedente
Imperatoris decreto et confirmatione: Aliqui aiunt qd primus qui
manus iniecit in Romani Pontificis electione fuit Basilius Urbis Prefectus
Simplicio Pontifice sedente ad annum circiter 478 et in extremis
Simplicio agente finxit Basilius se a Pontifice admonitus, ut de
electione facienda curaret, ut sine eius consultatione non fieret, nec
Urbis pax turbaretur, quae ad sui curam spectabat, sed mox sub synodo
Romana 4 hoc fuit sublatum, et eccle. libertas restituta, plura videnda
apud Michael Rousel lib 2 historiae iurisdictionis Pontificie
cp 9 Cassalius de Urbe et Imperio Romano p 1. cp 21 — sed ut
patet ex canonibus decisionibus hoc ius fuit Imperatoribus datum a Roma
nis Pontificibus ut dedit Adrianus primus Reip. Carolo Magno
cp Adrianus 22 dist 63 et mox Leo Pontifex 8. idem Imperatori
Othoni concessit et eius successoribus cp in synodo 23. eadem dist. et licet
predicta iura fictitia esse dicant Azor Instiut Moral. p 2 lib 4.
cp 2 q 8. Baronius Anno 528 et 774 Suarez in Regem Anglie
lib 3 cp. 29 nº 7. Solorzano lib 2 cp 2 to 1 nº 35 et alii tamen
dicendum est vera esse et ut talia in iuris corpore ponunt; sed postea
illud ius a se abdicarunt illi piissimi Principes, tanquam perniciosum
et varius libertati Ecclesiasticae plura dabit Barbosa d. lib 1 cp 1
anº 49 cum segg et ita intelliguntur iura in contrarium adducta; de Epporum
presentatione a Regibus nostris facienda agit erudite, et docte plura
cumulat D. Ramos de episcopatibus Lusitaniae proposit. 2 ex nº 11. —

Nec huius difficultatis augmentum
obstat probans personas ecclesiasticas esse subiectas laicis Principibus,
cp magnum 28. 11. q 1. cp 2 de censibus et ita laicorum iudicio Prelati
ecclesiastici debent disponere de rebus ecclesiasticis quia de eis olim

La

Laici cognoscebant. l. placet § C de sacros. eccles. l. 25 l. 42, cum aliis C de episcop. et cleric. = Sed resp. quod predicta Apostolica verba tantummodo clericis suadent quantum debeant recognitionem Principibus secularibus exhibere, protectionis respectu et gubernationis Reipublicae, non vero iurisdictionis respectu, nam licet clerici sint exempti a Principum secularis iurisdictione, tamen non a legum civilis observationes, et ita veniunt intelligendi. Glos. in cap. convenior. 21. 23. q. 8. et cap. tributum 22 ibi: docet Balboa n.º 99 nec leges adductae obstant; nam licet nascentis ecclesiae initio Imperatores cognoscerent de clericorum causis hoc tamen non iure fuit factum, sed per vim et de facto, quia tunc vis ecclesiae resistere non poterat, et patet ex tota 96 dist. et cap. 11 q. 1. et 17 q. 4. ut dixi in 3 notabili: quando vero ecclesia habuit potestatem exequendi Apostolica decreta, cepit etiam deffinire negotia ecclesiastica, et leges seculares libertati ecclesiasticae contrarias antiquavit cap. 1 cum segg. 11 q. 1. et in laicos contrarium statuentes excommunicationis poenam statuit cap. noverint 5 q. 4 cap. adversus 7 de immunit. eccles. D. Covarr. in practicis cap. 31 —

Non obstat ultima dub. ratio probans interveniente laicorum prohibitione non posse iudicem ecclesiasticum iustitiam exercere, ex eo quod per viam violentiae causa defertur ad iudices laicos cap. fin. dist. 96. cap. Regum 23. cap. 26. 23 q. 5 et pendente appellatione sententia prelati ecclesiastici non valet executioni mandari l. unica nihil innovari appellat. interposita cap. 5 cap. 7 de appellat. in 6 = sed resp. valde esse controversum inter iuris interpretes an licita sit talis appellatio ad laicos iudices per modum violentiae, negativam partem cum pluribus tenet Barbosa n.º 2 ad 180 Balboa affirmativamque fert in nostro cap. n.º 117 Fermosinus utranque refert sententiam absque proprii iudicii declaratione in nostro cap. q. 19 = Sed iuribus allatis resp. quod procedunt circa subditos Principum qui eis sunt commissi nam cum ad iudicis ratione sit necessaria iurisdictio inter eos, Regis est officium facere quae ad illius iurisdictionem spectant, et quia Dei ecclesiae Principibus est commissa eo in casu, quo ecclesia non possit suam disciplinam exercere, sed neutiquam valent seculares iudices impedire prelatis ecclesiasticis quod iustitiam exerceant, ita Barbosa n.º 188 contrariae sententiae authores docent quod laici iudices non valent impedire iustitiae exercitium prelatis ecclesiasticis propria authoritate cognoscendo de tali causa sed tantum modo per modum extraiudicialis defensionis, ne aliqua gravetur pars vel oprimatur, quia tunc laici oppressis liberat a violentia iudicis ecclesiastici donec a superiore ecclesiastico prestet debitum auxilium docet D. Covarr. in practicis cap. 31 et in hoc sensu explicant iura allata, plura cupidus consulat apud Barbosam, Balboam, et Fermosinum ubi proxime =

Ad Sextum in c. dilecti 6. de Iudic.

Species ita proponitur: Prior et Clerici de Guiseburna habebant questionem contra Archiepiscopum Eboracensem, et coram Pontifice Alexandro Tertio conquesti fuere ex eo, quod ab Archiepiscopo compellebantur actionem edere; sed Pontifex illam Caussam quibusdam Commisit, eisdem precipiens, ut attentius provideant, ne inquirant cuiusmodi actio intentetur sicut solet fieri a Multis sed simpliciter factum et facti caussam diligenter acquirant, et secundum Canonicam formam terminare Caussam procurent = Ex qua specie talis deducitur examinanda [illegible] = ~~e Xqua specie~~ Nomen actionis in libello exprimere necessarium non est debet tamen factum ita clare et apperte proponi ut ex eo agendi ius colligatur.

In primam DD.is partem sic insurgo: iustitiæ, et iudicij forma obser
uari debet cap. est iniusta 33. 23. q. 4. ergo actionis nomen in libello necessa
rio exprimi debet: probat Cons.; iudicij et iustitiæ forma est, ut qui actio
nem non habet experiri seu agere nequeat l. si pupilli 6. § videamus 12
de negot. gest. l. 32. § 4 de hered. petit.e et l. 9 et generaliter 3. de administr.
et peric. tutor. imo nec iudicium fingi valet sine actione Ciuili, vel
criminali, cum sæpe iudicium sumatur pro actione, ut probat ex l. 19
C. de excusat. tutor. l. 6. C. si aliena res pignori data sit, docet Forcatulus
dialogo 80 nº 3 et alii quos dabit Hosmald. ad Donell. lib. 17 comment.
cap. 3 et cap. 19; sed in nostro Canonico Iure iudicij forma obseruat. ut iam
est probatum: ergo ut recte agi queat in libello actionis nomen exprimi
debet: ergo minus bene contrarium in nostro cap. præcipitur = Comprobat
assumptum ex nostro iure in quo præcipitur ut sine actione nemo ad iudicium
admittatur cap. constitutus 47 de electionib. ubi agens cogitur actionem
exprimere, et ius quod habet: ergo actionem exprimere in libello agens
tenetur aliter vero a iudicio repellitur; = Auget difficultatem
ex eo quod tam ex Ciuili iure quam Canonico requiritur ut actio in libello
proponatur; ergo DD. tanquam opposita utrique iuri defendi non potest: pro
batur ant.: ex Ciuili Iure ex l. omnes 33. § fin. C. de episcop. et cler.
ibi proposita actione et ex l. edita 3. l. fin. C. de edendo in quibus præcipitur
ut actio proponatur ex nostro Canonico Iure probat. ex cap. examinata 15
h. tit. cap. 1. de mutuis petition. cap. fin. de libelli oblat.e cap. 1. de deposito;
in quibus dicitur tuam dirigas actionem etc.; ergo cum utroque iure desideret
ut actio in libello proponatur dicendum est nostram DD.m tanquam repugnan
tem iuris decisionibus defendi non posse = Secundo gliscit
difficultas ex eo quod in nostro Iure inepta actionis expressio nocet propo
nenti, seu agenti, ut docet Pontifex reum esse absoluendum quia
actor inepte proposuit actionem d. cap. examinata 15 h. tit.; sed actionis
ineptitudo dignosci non valet nisi actio in libello proponatur, ut patet
per se: ergo præcise desiderat actionis expressio ut recte agi queat:
ergo non factum sed actio in libello sunt proponenda, et minus bene

Contra

Contrarii precipit in nro cp. = necessarius fit difficultatibus propositis dicendo Canonico Iure sublatas esse iuris civilis subtilitates, ideo que non est actionis nomen in libello exprimendum = Sed contra Nunc licet a Civili Iure recedere, quando id est expressum in nro Iure Canonico cp 1 et 2 de novi oper nunc. sed iuris civili subtilitates in illo cp nri iuris relinquuntur: ergo observandae sunt iuris civilis subtilitates: probatur etiam ex cp Cum ad Sedem 15 de restitut spoliat: ubi Pontifex pronunciavit non competere agenti interdictum Unde vi, et ibi approbat iuris civilis subtilitates, et specifica agendi forma et actionis declarari debet nomen ut expresse probat ex cp in causis 19 de sent. et re iud. Ubi Pontifex servat in causarum decisionibus iuris subtilitates = Denique anget difficultas ex eo quod quod paenitentiae sacramentum est ad instar iudicii ubi iudex accusator, et reus interveniunt cp. 1 de paenit. dist. 6. cp omnis utriusque sexus 12 de paenitent. et remission. sed iudex in foro paenitentiali subtilitatibus uti debet ut veritas dignoscatur, et recte iudicare valeat ut expresse precipitur in d cp 1 de paenit. et in cp. capellanus 4 de feriis, Pontifex eam amplexus fuit opinionem quae subtiliori nitebatur fundamento; ergo Canonico iure non reprobantur iuris civilis subtilitates et ita sequendae sunt, et actionis nomen exprimi debet in libello nra que dd enervat =

In 2a nro ad partem sic insurgo: Actor tenet actionem, qua uti vult edere adversario et in libello actio poni debet non vero facti ut ex eo agendi ius dignoscatur: probatur primo: actionis nomen edere maxima nititur equitate ut reus sciat an cedere, litigare ve malit ut probat ex l 1 ff de edendo; nam actio sumitur pro petitione negotio consentanea ut docet Bachonius lib 6 declarationum cp 87 nº 9; ergo actor non debet facti in libello exponere, ut agendi ius dignoscat sed tenetur secundum equitatis actionem, qua vult, uti edere adversario: comprobatur a simili ex eo quod reus invitus ad iudicium trahitur l inter stipulantem 83 § 1 ff de V. O. ergo ut reus instructus ad iudicium veniat equum est ut ei actor edat actionem: Hec doctrina comprobat ex eo quod Pontifex Pelagius in cp. experientia 15 et in cp si quis quam 26. 11. q 1. docet quod si clericus actor velit agere in laicum quod debet suas actiones proponere: ergo ex dictis iuribus et rationibus dignoscitur manifeste non esse factum in libello ab actore narrandum, ut ex eo agendi ius dignoscatur, sed quod actor actione qua habet uti debet: eamque in libello exprimere angetur difficultas ex eo, quod est valde difficile per facti narrationem agendi ius cognoscere; ergo ut clare ius agendi dignoscat ipsa actio exprimi debet: probatur primo; siquis in aliquem agat ex eo quod arbores eius incidit et factum narret dignosci non valet agentis ius: ergo valde difficile est per facti narrationem agendi ius cognoscere; probatur primo: ex facti

facto plures actiones competunt, et condemnatio diversimode fit L. 1. §. 9. ff arborum furtim cessarum pariformiter cum res est subrepta, ex facti narratione dynosci non valet an ad exhibendum agere vellit an condictione furtiva, seu rei vindicatione et furtive actione, cum tot ei actiones competant; quod nentiquam per facti expressionem agendi ius dynosci valet, ideo tanquam simpliciter necesarius actionis nomen in libello exprimi debet, ut judex iudicare queat; quod in nostro casu substineri non valet —

His non obstantibus aliqua sunt prenotanda ad nostri casus faciliorem intelligentiam, et primo notandum est distrum esse constituendum inter actionem et petendi causam, nam causa petendi est factum ipsum ex quo obligationis vinculum resultat; actio vero tribuitur ad illius vinculi executionem, ut probat ex L. 1 de edendo l. iuris gentium 7 § quinimo de pact. L. 1. l. 3. de O. et A. causa petendi est contractus vel quasi; delictum, vel quasi; sive aliud factum ex quo obligatio oritur; nam ex facto ius oritur L. si ex plagiis 52 § in clivo ff ad l. Aquil. huius obligationis effectus est actio; cuius significatio latissima est, sed iure civili in significatione vocabuli stricta, actio significat formulas, seu solemnem verborum conceptionem quibus iudicium certa de causa a pretore postulabatur; de qua late agit Brisonius lib. 3. fol. 313 Cicero lib. 3. officior. primus qui actiones scripsit fuit Apius Claudius qui centimanus appellatur ut videre est apud Pomponium in l. 2 § fuit autem 36 de origine iuris. Actiones agere vollenti tribuebantur vel a lege, quia prescripte erant, vel a magistratibus, penes quos erat legis actio, id est iudicandi auctoritas; vel a collegio olim Pontificum d. l. 2 § omnium tamen, et qui facultatem agendi accepisset a magistratu, exponebat qua lege agere vellet. et in concipienda actione erat tempus, et modus, formulae quae observanda: nam non erat licitum iudicia omnibus diebus exercere, sed tantum fastis licebat, ut refert Ovidius lib. 1. fastorum: formulae ita concisse et prescripte erant ut oporteret ad amussim actionem componeri, ne si formula caderent silaba etiam omissa, et causam, et actionem amitterent § si quis agens 33. de actionib. l. 1 C. de formulis et impetrationibus actionum sublatis Rebardus lib. 3 Varior. cap. 14 et hoc locum habebat in iudiciis quae expediebantur per magistratus, non vero in arbitriis. et ratio est quia peccunia certe iudicium, arbitrium incerte, ut ait Cicero pro Rosio. hodie illae actionum formulae sunt sublatae nec idcirco causam amittere agentem placuit ob formulam male conceptam l. 1. l. 2. C. de formulis. sed qui male formulam concipit cadit a formula et ut temerarius litigator plectitur, sed non cadit a causa l. cum quem 79 de iudiciis L. 1. si mensor falsum modum dixerit cum aliis plures sunt actiones decisiones, scilicet in rem, in personam, indirectam, utilem

Civilem,

unicem, iuris tractatum [illegible] Roma re plura sunt videnda ibid Petrum
Gregorium lib. 21. syntagm. cap 8. Iunium in enciclopedia iuris in p[a] 2. [illegible]
[illegible] tit 5 cap 1. Fabrum lib 19 conject. cap 20 Licama lib 4 memoran. cap 7.
Corrasius in l 2 de origine iuris, Vnaqueque actio proprium habebat nomen ut
pignoratitia, ad exhibendum, exempli [illegible] et iudex sive pretor actionem dabat
impetranti, si vero eam denegabat, et agere vellet repellebatur exceptione actionis
non impetrate, quisnam primus has iuris Civilis formulas seu subtilitates substulerit
satis non constat nam Tribonianus in l 1. C de formulis sublatis ait eas penitus substu
lisse Constantinum seu Constantem Imperatorem; sed contra Tribonianum stat Lex
1 in fine C Theodos. familie ercyscunde ubi Constantinus tantum substulit verborum solem
nitates in testamentis parentum tantum inter liberos, ideoque dicendum est quod has
subtilitates seu formulas agendi in iudicio primus eas penitus substulit Theodosius
Iunior, ut constat ex l unica C Theodos. de omissa actionis impetratione
ubi Jacobus Gotofredus in commentariis: Hodie vero nec Canonico nec Regio iure
requiritur illa formularum observatio ut patet ex l 4. tit 2 lib 4 recopilat. et
ex nostro cap. plura cumulat de eis formulis Sygonius de antiquo iure Populi Romani
cap 26. et lib 1. de Iudiciis cap 17 cupidus illum consulat

2. prenotandum est quod nomen actionis
exprimi non debet in libello; libellus succedit in formularum locum et actionum
editionem, et est brevis scriptura claram actoris intentionem continens, et licet
nomen sit generale continens preces eorum qui iustitiam implorant et Principi seu
Magistratui offertur, tamen hic specialiter definitur et dicitur scriptura, ex eo
quod secundum ius commune in scriptis est porrigendus ut patet ex cap 1. de libelli
oblatione, licet ex nostro Iure iudicis arbitrio relinquatur an in scriptis sit libellus
offerendus vel non, ut constat ex l 10 tit 17 lib 4 compilat. et docent ibidem Acevedo
Abendaño responso 1. nº 15 quamvis in supremis Tribunalibus sit necessarium
ut libellus in scriptis porrigatur, ut docet Matienzo in dialogo relatoris 3 p.
cap 43. nº 1. in Tribunalibus inferioribus quamvis non offeratur libellus, tamen
aliqua petitio solemnis viva voce facta procedere debet et per notarium
in scriptis redigitur ut [illegible] commode fieri queat Clem.[a] 1. de V. S.
Menochius de recuperando remedio 15 nº 241. libellus future litis speciem
debet demonstrare l edita C de edendo, et hoc contingit quando taliter
actio in eo est concepta ut ex ea Reus scire possit an cedere aut contendere debeat
l 1. ff de edendo, et ut certa feratur sententia petitio certa debet esse nam
plerumque incertitudo impedit actus valorem l in tradendis Communia prediorum.
Vnde sequitur quod in quantum fieri potest debet esse clarus et apertus libellus
et perspicuam facti narrationem continere, actoris, et Rei nomina l libellorum
cum vulgatis de accusationibus et ut in eo designetur res certa que petitur
cap 2 de libelli oblatione nam sine re que petitur, nulla intelligitur persecutio
in iudicio nec Reus deliberare poterit an cedere vel contendere expediat
si ignoret quam rem petit actor ut notat Donellus lib 23. commentar. cap 4 ubi
plures dabit Osualdus; nam si actor plane non ostendat quod petit in libello
neutiquam Reus condemnabitur quia non dignoscitur ad quid condemnandus
sit; cumque actor debeat clare factum in libello enarrare, queritur an debeat

Caussa

Caussa an obligationem vel actionem exponere? Sed huic quaestioni
satis fit tribuendo differentiam inter caussam proximam et remotam; caussa remota
est contractus, caussa proxima est obligatio proveniens ex contractu ut probat
ex l. certi § ff. de rebus creditis similiter in obligatione reali est duplex caussa
remota est illud factum ex quo dominium acquiritur, proxima vero est ipsum
dominium; hoc supposito dicendum est si actor personalem actionem tantum
habet in reum tunc non sufficit in libello exprimere proximam caussam
ut scilicet peto decem, quae mihi debes ex mutuo, deposito, aut alio contractu
et hoc ex eo provenit quia personales obligationes acquiruntur ex variis et
diversis caussis, et remotae non exprimendo caussae libellus confusus et in
trincatus maneret; in reali actione tantum proxima caussa est declaranda
ut scilicet peto fundum quia sum dominus, nec requiritur remotam exprimere
caussam scilicet ex qua sim dominus quia dominium ex una caussa acqui
ritur ex inter dilectos 6. de fide instrum. l. an eodem § actiones ff. de except.
rei iudicatae ubi glossa, Abbas, et alii antiqui in nostro cap. et in cap. 2 de libelli oblat.
nam cum dicat actor se dominum esse sufficienter declarat id quod reo est necessa
rium ut videat an cedere vel contendere debeat siquidem ex quacunque caussa
constet actorem esse dominum tenebitur reus rem restituere l. officium § de
rei vindicat. Donell. et Osualdus ubi proxime Barbosa in cap. 1. de libelli oblat.
q. 2. nº 101. Unde sequitur inquirendum quando actori competat personalis
vel realis actio, ut recte valeat libellum dare et proponere, et tunc personalis
competit actori actio quando scilicet actoris ius in ipsa obligatione reperitur
si vero ius reperiatur sine obligatione, tunc est actio realis ut cum pluribus
notat Richardus in § omnium instit. de actionibus nº 7 nam personali actione
tantum agitur in eum qui mihi est obligatus ex contractu, vel delicto
quare quotiescumque agam ut actor ex contractu, delicto, vel quasi, tunc
agere debeo personali actione quia ex ipso contractu dignoscitur ius quod
praesentare debeo ex quo reus mihi dignoscitur obligatus ad dandum, vel
faciendum: sed cum reali actione ago nullam in reo praesuppono obliga
tionem, sed quia dominus sum ago, et tunc tantum adest unica petendi
caussa scilicet quia reus possidet rem cuius dominium habeo ex l. unica
C. de alienat. iudicii mut. caa facta l. officium § l. in rem 23. ff. de rei vindicat.
plura de libello dabit Petrus Greg. lib. 48 syntagm. cap. 5 et lib. 5 parti
tionis nº 7 ∽ Ad veram nostri cap. intelligentiam veniunt illa
verba explicanda ibi simpliciter et pure factum ipsum et rei veritatem. ex quo
docet Butrius in nostro cap. sublatum esse iudiciorum ordinem a civili iure in
ductum ad procedendum in caussis ex vi illorum verborum simpliciter et pure, ita ut
nec libellus sit necessarius sed solum quaedam simplex petitio facti narrationem
continens plures dabit Barbosa in collect. ad nostrum cap. in fin. et de dictionibus
et clausulis usu frequentibus clausula 103 et hoc comprobari videtur ex Clem.
Dispendiosam 2. de iudiciis et etiam ex eo quod in nostro cap. dicitur ut iudices
delegati cognoscant simpliciter et pure secundum rei veritatem, quae verba
plus operantur quam illa simpliciter et de plano et sine figura iudicii
ut tenet Imola, et Felinus in nostro cap. sed cum illa clausula

ponitur

ponitur simpliciter et de plano sine figura iudicij valent iudices proce-
dere non oblato libello, ut probat ex Clem. Saepe de V. S. ubi Barbosa
cum pluribus nº 2 tenet, necessariam ibi non esse litis contestationem, et
similiter auferunt dilationes, exceptiones, et omnia, quae retardant
processum. Ergo videtur dicendum in nostro cap. sublatum esse iudiciarium
ordinem, et delegati procedere debebant simpliciter, et de plano. = Sed
tamen contrarium verissimum est scilicet quod in nostro cap. dicta verba
id non operantur, eo quod illud verbum simpliciter annectitur cum seqq.
scilicet simpliciter pure factum ipsum, et rei veritatis secundum formam
canonum etc. non vero Pontifex praecipit ut procederent simpliciter,
et de plano absque iudicij figura, nam si ita contingeret, libellus necessarius
non esset in forma, neque petendi causa exprimi deberet: Neque obstat
illa clausula sola veritate facti inspecta, nam ex ea tantum dicit Ponti-
fex ut perquirerent factum et rei veritatem secundum canonum formam, et
Sanctorum Patrum instituta; et ita a fortiori iudices delegati iudiciarium
ordinem servare debuerunt, cum per illa verba procedatis simpliciter, iudi-
ciarius ordo non tollatur, tantum enim tollit perniciosa illa subtilitas formula-
rum quas civile ius instituit, plura cumulus consulat apud Joannem Balboa
in nostro cap. nº 5 et Hermosino q. 2. 11. et 14 ubi alias plures disputat quaestiones
ex nostro cap. deductas // His venit decidendi ratio ad nostrum cap.
ubi recte noster Pontifex Alexander 3us docet in praesenti minime
esse necessarium actionis nomen proprium exprimere in iudicio sed sufficit in
libello clare et simpliciter factum enarrare nam lex non verbis, sed rebus
imponitur cap. Commissa 35 de elect. in 6 l. 2 C. Communia de legat. Unde
rationi est congruum potius rei et facti veritatem in iudicio attendi quam
verba arguto [?] in l. q. C. de probationibus l. 4 nº 2 lib. 4 compilat.
proinde quae fuit sublata prolixa formularum observatio, de qua in d. l. 2.
§ deinde ff de origine iuris docent laudati in conclus. et Balboa
nº 12 Hermosino q. 1 //

Non obstat 1º dub. ratio intendens
probare actionis nomen esse exprimendum in libello; quia iudicij forma
observari debet et qui actionem non habet agere non potest l. 6. § 12 de
negot. gest. l. 31 § 4 de hered. petit. l. 9 § 3 de administr. et pericul. tutor.
et ut dignoscatur an recte quis agat actionis nomen debet exprimere =
Sed huic difficultati Respondetur quod sufficit factum enarrare, et causam
proximam, vel remotam exprimere ut iam dixi in 2º notabili, adhoc, ut
agentis ius dignoscatur, et quae actio ei competat; fateor neminem agere posse
sine actione et si actum fuerit poterit iudex parte non opponente actorem
repellere ob actionis defectum ut optime docet Menoch. de arbitrariis q. 16.
Unde d. l. 6. § videamus debet intelligi de formula actionis quae a praetore
dabat. nam cum aliquis agere in debitorem vellebat actionem ei praetor
dabat; nam veteres, nam quod ne populus prout vellet actiones institueret

cas

215

eas certas solent aeque esse voluerunt l. 2 § his legibus ff. de orig. iur. et ita Consultius in l. 42 ff. de furtis. formulę vulgarem actionem appellavit. Et docet Donell. 24 comm. cap. 4 quas actiones Prętor in albo subscriptas habebat, ut observat Fab. in l. 1. de edendo Cujacius lib. 8 observat. cap. 15. Duaren. lib. 1 disputat. cap. 13 Rebardus pro tribunali cap. 4 actor a Prętore actionem impetrabat, et mox copiam eius reo tribuebat; unde duplex erat actionis editio una ex ea actione quam sibi actor competere indicabat; altera vero actionis quę tribuebat a Prętore: et sine hoc posteriori nemo poterat civili iure in iudicio agere et ita sunt intelligendi textus in contrarium adducti sed cum dictę formulę, et subtilitates sublatę iam sint, ex tit. C. de formulis sublat. sufficit factum in libello enarrare.

Non obstat primum difficultatis argumentum probans de civili et canonico iure requiri ut actionis nomen in libello exprimatur; l. 36 § fin. C. de episcop. et clericis l. edita 3 l. fin. C. de edendo cap. 15 h. tit. cap. 1 de mut. petit. cap. fin. de libell. oblat. cap. 1 de deposito = Sed his iuribus satisfit ex iam dictis scilicet quod in eis desideratur actio ut quis agere possit, sed non cogitur actionis nomen exprimere. Et docet Fermosinus q. 1. n° 32 Maior, quod extat difficultas circa explicationem l. edita 3 C. de edendo ex eo quod aut in iudicio actionem esse proponendam ad speciem futurę litis demonstrandam atque verba communiter docent Auctores debere actorem actionis nomen in libello exprimere; et adhunc modum expendunt l. fin. C. de interdictis l. 1 ff. si mensor falsum modum dixerit: ideoque asserunt cum glosa in nostro cap. esse constituendum discrimen inter ius civile, et canonicum, nam civili iure actionis nomen exprimi debet ex dictis iuribus; sed canonico iure sufficit apta facti narratio actoris intentionem continens ut prȩter antiquos docet Petr. Greg. lib. 21 syntagm. cap. 8 n° 6 Donell. in d. l. 3 C. de edendo sed contrarium tamen magis certum tenendum est scilicet quod neque civili aut canonico iure actionis nomen exprimere fuit necessarium in libello et docent Alciatus in d. l. 3 Vachonius lib. 6 declarationum cap. 88 n° 4. nec contrarię oppinionis fundamenta obstant nam d. l. 3 C. de edendo est intelligenda de illa verbali conceptione, qua actor suum ius reo intimavit, et cuius copiam dabat apud Prętorem, et vocationis in iudicium caussam cognosceret futurę que litis speciem demonstrat, et mox Prętor eo actionem dabat plura de hac re circa modum antiquum in ius vocandi dabit Balboa in nostro cap. a n° 13. unde in d. l. 3 non significat verbum actio nomen proprium ipsius actionis seu formulę datę a Prętore, et eodem modo sunt exponenda iura in contrarium adducta.

Non obstat secundum difficultatis argumentum ex eo quod inepta actionis expressio nocet proponenti cap. examinata 15 h. tit. ut dignoscatur an bene male ve sit propositum debet actionis nomen exprimi quia in d. cap. libellus non vitiatur ex eo, quod actionis nomen expressum non fuit sed ex eo quia narratio non solum fuit inepta sed etiam veritati opposita nam cum actor ille sibi peteret tradi possessionem per vindicationem rei tunc ipse possidebat ideoque contra iuris regulas petebat, nam rei vindicatio dat domino ad recuperandam amissam possessionem et ita reus possidere rem debet § 1 institutionum de actionibus l. officium 9 de rei vindicat. Ubaldus

lib.

tit. 20 q. 3. d. ideo q. Cum ex facti narratione agentis ius dignosci non valeat
optime redditur libellus qui alias admitteret actionis nomine non expresso si facti
narratio clara et vera esset docet Barbosa in pretermissis ad rubricam et Fermosino
q. 1. nº 15 — Non obstat 3m difficultatis augmentum
probans iuris civilis subtilitates non esse a nostro Canonico Iure reprobatas imo approbatas
S. in cap. Cum ad sedem 15 de restit. spoliat. cap. in causis 19 de sentent. et re iud. et ita
actionis nomen in libello debet exprimi — quia verum esse quod non licet
recedere a Iure Civili nisi hoc sit expressum a nostro Iure d. cap. 1. et 2. de novi
oper. nunciat. Sed tamen eius subtilitates cum ad perniciem respiciant sequi non
debent; Nam cum subtilitas sit multiplex, alia namque tendit ad capiendos et deci
piendos in iudicio homines simplices vel extra iuditium, et hec subtilitas a nostro Iure
reprobatur in nostro cap. et in cap. si cupis 5. 16 q. 1. Alia est subtilitas necessaria ad iuris
interpretationem, et cum rationabilis sit debet amplecti, ut fecit Pontifex in d. cap.
Cappellanus 4 de feriis similiterque est subtilitas sequenda extra iuditium forense,
scilicet in foro penitentiali ad veritatem dignoscendam et ita est intelligendus text.
in cap. 1 de penitentia dist. 6. adductus in ultimum augmentum huius dificultatis:
reprobatur ergo illa subtilitas vana, et damnosa, ut ait Iustinianus in l. fin. C. de
legibus scilicet eorum vanam subtilitatem resimus omnino corrigendam esse censuimus —

Non obstat 2a dubitandi ratio probans factum
in libello exprimendum non esse sed actionis nomen, ut reus instructus ad iudicium
veniat l. 1. ff. de edendo et quia Pontifex docet in cap. si quis 16. 11 q. 1. quod
si clericus velit in laicum agere debet suas proponere actiones — Sed huic dificultati
etiam dictis est satisfactum; nam in nostro cap. tantum dicitur quod non est necessarium
actionis nomen in libello exprimere licet requiratur quod agens habeat actionem eamque
exponat in libello per facti expressionem docet Fermosino q. 2 —

Non obstat dificultatis augmentum 1um probans actio
nis nomen exprimendum esse in libello quia aliter agendi ius dignosci non valet
ut cum plures competunt actiones ex uno facto scilicet furto quia diversimode
fit condemnatio secundum unamquamque actionem l. 1. 19 ff. arborum furtim
cessarum — sed huic dificultati quia quod in proposita specie limitatur,
nostri cap. quod nam cum plures competunt actiones eidem, et ad eundem finem
in eodem casu, ut agendi ius dignoscatur necessario requiritur quod agens actionis
nomen exponat, ut fiat condemnatio arguto l. si duo 93. ubi Bartholus
et alii de solutionibus l. quod in heredem 9 § 1 de tributoria actione docet Barbosa
in premissis ad nostrum cap. nº final —

Ad Textum in Cap. Examinata 15 de Iudiciis

Species quam sequi debemus cum diversimode nostrum cap. legatur, ita proponitur.
Cum esset questio inter quosdam nobiles, sive Campanie milites ex una parte
et inter quemdam nobilem scilicet Martinum de Rizaria ex altera parte super
patronatus iure cuiusdam ecclesie, possidente Martino patronatus ius de partium
consensu fuit factum sequestrum in quemdam vice dominum hoc est episcopi vica
rium tandem quia huius cause decisionem remorabat, dictus nobilis Martinus
coram Pontifice Inocentio 3º petiit se pronunciari patronum et milites condem
nari ad restitutionem possessionis dicte ecclesie et ad hoc probandum testes aduxit,
ex quorum depositionibus apparuit quod possidente Martino possessio fuit sequestrata
penes illum vice dominum; ex quo Pontifex cognovit quod Martini intentio
apta non erat, quia concludebat ad restitutionem possessionis dicte ecclesie, et de
duobus alterum erat unum, aut quod possessio in sequestrum ~~non fuit translata~~
~~et ita remansit penes~~ transierat, et tunc rei vindicatio in milites ipsi non compe
tebat quia et milites non possidebant, vel possessio in sequestrum non fuit trans
lata, et ita remansit penes ipsum Martinus restitui petente, et sic petebat quod
habebat, ideo quae Pontifex prefatos milites absolvit á iuditii instantia
ita tamen quod si congruentius aptamque intentare voluerit actionem Martinus,
teneatur nihilominus milites sibi respondere; ex qua specie talis est disputanda
Quaestio — Si actio et intentio sunt inepte vel sola intentio, debet reus absolvi
ab iuditii ~~lite~~ instantia iterum tamen audiet actor si apte egerit.

In primis nri DD.^is sic insurgo; intentio et actio Martini inepta pronunciari non debuit; q. milites sive rei ab iudicij instantia absolui non debent; probat^r ans. ratio ob quam inepta pronunciatur actio et intentio est quia actor possidebat, milites que sive Rei non possidebant ut constat ex nro cp. littera, sed hec ratio non sufficit ad milites absoluendos, q. ob hanc rationem intentio et actio actoris non debuit inepta pronunciari; probat^r Mir quo ad primam partem; rei vindicatio competit possidenti domino; q. licet actor possideat ex hac caussa seu ratione non debuit inepta pronunciari actio, et intentio; probat^r ans; commodatarius sive conductor non possident, sed possessio penes rei Dominum remanet l. 10 § 1 ff. qui bona fide 19 l. 20 de acquir possess. Galuan. de Vsufr. cp. 33. D. Retes in materia de acquir^a possess. cp. 3. consectario 2 n° 8. sed huic domino possidenti competit rei vindicationi in conductorem vel commodatarium l. officium ff. de rei vindicat. l. et si forte C. si seruitus vindicet.; q. rei vindicatio competit domino possidenti; q. inepta non debuit pronunciari intentio, et actio actoris ex eo, q. possidebat, et ita quo ad hanc partem eneruat^r Pontificis Inocentij tertij fundamenta

mentum ob q. reos milites ab iudicij instantia absoluit = Illa mir propositio quoad 2a partem scilicet quod milites non possideant ideo absoluti fuere; sed 3a etiam si milites non possideant condemnari debent; ergo ab instantia iudicij absolui non debent. Ex eo quod non possideant probatur dominus si ex processu appareat de ineptitudine intentionis seu actionis scilicet quia reus non possidet, tamen per hoc reus non absoluitur l. si a te § si quis fundum ff. de exceptione rei iudicatae; ergo licet Milites non possideant absolui non debent sed condemnari = Idem assumptum comprobatur et difficultas augetur ex eo quod rei milites se esse possessores non negarunt imo iudicium suscepere et ita contestati sunt litem; ergo cum de lite obtulere condemnari debent; non vero ab iudicij instantia absolui; antecedens patet ex specie nostri casus. Consequentia probatur qui non possidens suscepit litem condemnari debet expresse probatur ex l. qui se liti 45 ff. de heredit. petit. l. si quis 25 ff. de rei vindicatione. sed milites non possidendo litem sunt contestati; ergo condemnari debent; ergo minus bene eos ab iudicij instantia Pontifex absoluit et ita nequit nostra Dd. defendi = 2o Augetur difficultas ex eo quod actionis nomen in libello exprimi non debet sed tantum factum declarari ut agentis ius dignoscatur cap. dilecti 6. h. tit. ergo cum de rei veritate iudici constet actorem possidere, non debuit actionem et intentionem ineptam pronunciare imo potius debuit illum dominus declarare cum hoc ex facti narratione appareat ut cum pluribus docet Hossualdus lib. 24 comm. cap. 2 imo rei vindicatione actor uti potuit nam res de qua agebatur ex partium consensu fuit sequestrata; ergo nequaquam intentio et actio ineptae erunt. probatur antecedens; per sequestrum actor amisit possessionem l. interesse 39 ff. de acquir. possess. ergo licet antea possedisset actor optime potuit rei vindicatione uti; ergo eius intentio et actio aptae sunt, et ita milites absolui non debent

In 2a nostrae Dd. partem in qua asseritur quod iterum audietur actor si apte egerit; sic arguitur; actor iterum agere cum effectu non valet; ergo audiri non debet; probatur antecedens: obstat ei rei iudicatae exceptio; ergo iterum agere cum effectu non valet; probatur consequentia ei competit rei iudicatae exceptio qui sententiam pro se obtinuit, et tunc opponi valet cum eadem res inter easdem personas petitur l. 3 ff. de exceptione rei iudicatae; sed in nostro casu pro militibus fuit pronunciatum qui absoluti fuere a petitione Martini; ergo ei opponere possunt rei iudicatae exceptionem sed ea opposita impeditur litis ingressus cap. 1. de litis contestatione in 6. ergo actor iterum cum effectu agere non valet: perconsequens quod audiri iterum non debet licet apte agat; ergo nostra Dd. enervatur, defendi quae non potest = augetur difficultas ex eo, quod illa est vis exceptionis rei iudicatae ut perpetuo obstet causamque perimat quia peremptoria et perpetua est l. 3. § perpetuae de exceptionibus l. res iudicata de R. I. docent Donellus lib. 22 comm. cap. 2 ubi Osualdus Cujacius lib. 9 observat. cap. 23. Felinus et Decianus mitanus in cap. exceptionem 12 de exceptionibus Covarrubias in ius Canonicum lib. 3 tit. 32 sed militibus competit talis exceptio ut iam manet

pro

propositum; quod licet iterum agi queat actor qui antea fuit condemnatus audiri
non debet nec reus ei debent respondere sed tantum excipere; quod ita ...
defficit in hac parte, deffendi que non potest.

Sed his non obstantibus ad nri
qu intelligentiam Aliqua sunt prenotanda, et primo notandum est diffe
rentiam esse constituendam inter actionem et petendi caussam et reppete hic ea
que dixi in cap dilecti 6. hoc tto in primo notabili

O/p.

2° prenotandum est quod cum actor in libello
proposuerit factum quod aliquam certam caussam concludit, et actionem aliquam compe
tere dixerit, et postea in processu non illam sed aliam probet, tunc dicitur inneptam
esse intentionem actoris et actionem incongruam et licet caussa vera sit et probata
ita ut dignoscat actorem ius habere tamen cum probationes non conveniant
intentioni et actioni in libello propositis iudex pro actore sententiam non valet pro
nunciare sed reus a Iudicij observatione est absolvendus. nam sententia debet
esse conformis libello cap licet Heli 31 de Simonia cap qualiter et de accusat.
Unde si aliter stat nulla est sententia etiam si pars condemnata nil opponat
ut probat ex celebri Bon. in cap cum dilecti § de empt et vendit.
itaque Iudex ex suo officio debet reiicere ineptam intentionem, et actionem
actoris licet adversarius nil opponat quia nullitas ex eo proveniens totam
inficit Caussam ita ut post rem iudicatam, sententiae executionem impedit opposita
dicta nullitate, nam ineptae intentionis et actionis exceptio habet locum
post sententiam, ut docent plures quos dabit Osualdus ad Donellum lib 23. comm
cap: 4 littera L itaque si intentio, et actio inepte appareant ita ut salvari nequeant
reus absolvitur a Iudicij instantia condemnato actore in expensis et salvo
eius iure, ut mox queat aliam aptam proponere actionem, ut docent Abbas
et alij in nostro cap Felinus in cap licet Caussam de probationibus n° 4 Arias de
Messa Cancello in l 2 C de rescinda vendit. 3 p. cap 3. n° 28 Menochius
de arbitrarijs lib 1 q 31. et alijs quos Cumulat Barbosa in praetermissis
ad nrum cap n° 2 Balboa in cap 2 de libelli oblat. n° 95 — Nunc est inquiren
dum quare dicat intentionem, et actionem esse ineptas in nro cap. et ad hoc sciendum
est quod rei vindicatione usus fuit actor, sed non bene, nam rei vindicatio
exigit duo extrema, ut recte queat intentari scilicet dominium ex parte actoris
parte et possessionem ex parte rei l officium 9. l in rem 23. ff de rei vindicat
l quintus Mutius 27 § argento 2. de auro et argento legato quam legem
optime exponit Salmut ad memorabilia Panciroli lib 2 tit 2 fol 76 § siquis
a non domino insta de rerum divisione § omnium institut de actionibus. ut
ergo efficax sit vindicatio opportet adversarium possidere rem, de qua agitur
itaque dominium ex parte actoris dicitur forma substantialis et invariabilis, ut
docet Baldus in l unica C de alienat. iudicij mut caa facta n° 15. sed
licet ex parte rei possessio desideretur tamen haec forma in iure est accidentalis
et variabilis, ideo que si reus dolo desierit possidere condemnabitur l sin autem 27
§ sed etsi 3. l qui petitorio 36 de rei vindicat. quia pro possessore habetur l qui
dolo 131. de R. I. ubi ... Fab. et Iacobus Gotofredus alia iura dabunt
et ut rei vindicatio competat sufficit utile dominium ut colligitur ex l.

C

C. l. 1 agri vectigalis ibi in rem actionem habet ubi dicit quod emphiteuta
habet rei vindicationem cum penes ipsum sit tantum utile dominium, idem probat
ex l. superficiario 74 de rei vindicat. et de hoc utili dominio est intelligendus
text. in cap. 1 de ordine cognitionis; nam mulier illud habet in corpus viri ut
docuit D. Paulus ad Corinthios cap. 7 ibi vir non habet potestatem sui corporis
sed mulier cap. 3 de convers. coniugatorum et e converso dicendus est de marito
respectu uxoris cap. illud 11 de presumptionibus et eodem modo Abbas potest mo
nachum vindicare et episcopus clericos subditos ratione obedientie cap. dilectus 55
de appellat. nam certi iuris est directum dominium in homine libero non
cadere, quia in nostro commertio esse non potest l. inter stipulantem 83 §
sacram l. liberhomo 103 de V. O. cum aliis; itaque nec possidere valet
l. 1 § 1 de acquirenda possess. nec vindicari l. 1 § 1 de
l. cum heredes 23 § final. ideo sine controversia tenendum est quod vindicatio viro,
rei vindicat. et abbati circa monachos, et episcopo circa
concessa circa uxorem et e contra, et abbati circa monachos, et episcopo circa
clericos intelligitur de utili vindicatione, minime vero de vindicatione
directa, et ita de utili est noster text. intelligendus, ut docet Balbus in d. cap. 1
de ordine cognitionum n.o 27 = Nec contra hanc doctrinam obstat
quod rei vindicatio competit ad res corporales vindicandas l. 1 § per hanc 3
l. 2 de rei vindicat. sed ius patronatus est quid incorporale ut docet
Ancarranus in nostro cap. n.o 7 et glossa verbo possidebat, et notant doctores in
cap. 1 de iure patronatus; ergo neutiquam actor in nostro cap. potuit rei vindicatione
uti = Sed respondetur quod licet ius patronatus sit quid incorporale tamen
vindicari potest quia vindicatio est multiplex alia proprietatis alia servi
tutis, alia pignoris, possessionis ut videre est penes Iacobum Cuiacium lib. 6
ad Africanum in l. 46 de evictionibus que sunt improprie vindicationes sive utiles
ideo que dantur pro rebus incorporalibus Donellus lib. 20 comm. cap. 1 ubi Osualdus
littera D = Sed in doctrinam nuper expositam obstat ea consideratio scilicet
quod non est necessarium dominium utile seu directum ex parte actoris ut rei vindicat.
agi valeat, et sequatur sententia in reum dominum: quod ita probatur per usucapio
nem rei dominium civili iure acquiritur l. 3 de usucap. sed qui dominus est
factus per usucapionem, si antea fuit conventus rei vindicatione et pendente
lite adimpleta usucapione, condemnatur l. si post acceptum 18 de rei vindicat.
ergo actor dominium amisit et tamen agit rei vindicatione; ergo dominium non est
necessarium ex parte actoris = Sed pluribus omissis dicendum est quod reus,
sive res possessor conventus a domino rei vindicatione, tenetur ea omnia tri
buere actori, in quibus actor locupletior fuisset factus si litis contestate tempore fuisset
res petita restituta l. restituere 35 de N. S. ubi Alciatus et Corvinus
ideo in d. l. si post acceptum fuit condemnatio facta quia si servi restitutio
litis contestate tempore fuisset facta, servus petitus non fuisset a possessore
usucaptus et ita actor locuplex effecerat: Alias solutiones dabunt Cinelus
lib. 1 selectarum cap. 17 Bachovius in Faborum decade 88 errore 7 et de
pignoribus lib. 2 cap. 13 Galvanus de usufr. cap. 11 = Nec huic solutioni
obstat text. in l. si servus 14 de condictione furtiva, ubi actor qui pendente
lite dominium servi amisit, non obtinet in rei vindicationis iudicio =

Sed

Sed R.V. quod in d l 14 Licet Servus fuisset restitutus actori tempore quo lis fuit contestata, tamen actor locupletior non efficeretur quia cum servus ille fuisset sub conditione legatus adveniente conditione tenebatur heres, et simul actor illum legatario restituere, et ita actoris non intererat servum restitui vel non ut docuit Consultus in d l. ibi nam neque petitoris iam interest. Oswalds lib 20 cap 5. D. Menochius de presumptionibus lib 3. pre sumptione 108 nº 2

Nunc vero se offert excogitanda illa celebris questio an substineat libellus quando partim est aptus, partim ineptus? negativam amplexus est partem Oswaldus ad Donelly lib 23. commentr cap 4. tamen affirmativa sententia ut magis veram suscipimus exponendam. Nam sententia fundari valet super parte libelli apta, itaque sententia que fundatur super pluribus caussis falsis quarum una est vera pro ea que valet substineri ut diserte probatur ex cap per tuas 12, qui filii sint legitimi; nam interpretatio fieri debet ut potius actus valeant quam corruant arguto l. quoties 12 de rebus dubiis, l quoties 59 de V. O. ex quo sequitur quod in dubio libellus aptus presumi debet, et interpretatione quod fieri potest est adiuvandus. prosequitur hanc explicationem Baldo in d cap 2 de libelli oblatione nº 93, et late Fermosino in nostro cap. questione 1. nº 33. cum seqq.

Ex dictis elucet decidendi ratio ad nostrum cap. nam cum Martinus actor petierit se declarari dominum illius patronatus, et fuisset rei vindicatione usus vel milites reos, mox que ex testium depositionibus constet predictum Martinum ius illius patronatus possidere ante sequestrationem, optime reiicit Pontifex tanquam ineptam actoris intentionem, et actionem quia est manifesta repugnantia in iure, ut quis rei vindicationem intentet, cum ipse simul possideat, ideo que milites absolvit a iudicii instantia salvo actori iure adhoc ut si postea velit possit iterum agere, et si apte actionem, intentionemque proponat audiendus est, milites que ei debent respondere, docent laudati in nostro cap.

Non obstat 1ª dubitandi ratio probans rei vindicationem dari domino possidenti ex l officium 9 de rei vindicatione l 6 si servitus vindicetur, et ita licet Martinus actor possideat uti potuit rei vindicatione et ex hac caussa non debuit inepta eius intentio et actio pronunciari. Sed huic dificultati R.V. differentiam esse constituendam inter rei vindicationem, de qua agitur in nostro cap. et inter actionem confessoriam, et negatoriam; nam rei vindicatio possessori non competit, ut late dixi in 2º notabili; at actio confessoria, et negatoria possidentibus competunt, et ita de confessoria, et negatoria actione sunt intelligenda iura in contrarium adducta ut docet Ancarranus in nostro cap. nº 7 ubi ait quod rei vindicatio tribuitur pro corporalibus rebus tantum, et possidenti non competit; sed actio negatoria, et confessoria datur pro rebus incorporalibus ut pro servientibus et similibus, competit que possidenti l uti frui § § sicut ff si ususfructus petatur, et etiam differentie ratio stat in eo; nam qui rem corporalem possidet civiliter et naturaliter eam detinet ideo rei vindicationem habere nequit, quia defficit passivum, a quo rei vindicatio caussatur scilicet possessio penes alium ut in l unica C de alienat. iud. etc. Secus vero est in rebus incorporalibus ubi datur illa actiones negatoria et confessoria contra impedientes, et inquietantes servitutis usum, seu libertatis in iis enim duabus actionibus possessor eiusdem iuris est ac petitor ut docet

Vega

Vega in nro cp. // Sed Huic Solutioni obstat illa consideratio scitu quod actio confessoria et negatoria sunt inductae ad instar rei vindicationis nam illae Competunt pro rebus incorporalibus; vindicatio vero pro Corporalibus et sicut ex parte agentis requiritur dominium in rei vindicatione ita similiter in his actionibus l. 2 si servitus vindicet l. Communia de servit.; sed in nro cp. lis vertebat de re incorporali scilicet de iure patronatus ut iam dixi; g. cum actori deneget vindicatio in nostro cp. perperam distinctio adhibetur inter rei vindicationem et actiones negatoriam et confessoriam //

Sed Rx. verissimam esse distinctionem supra traditam et adhuc in nro cp. predictae actiones confessoria et negatoria locum non habebant quia actor petebat a militibus ius patronatus quasi a possessoribus, cum tamen ipsi non possiderent imo penes se esse possessionem et patronatus ius actor probavit, ideo rei vindicationem perpere intentavit et similiter confessoriam actionem; nam milites condemnari non poterant, nec absolvi; condemnari non, quia impossibile et contra ius esset, ut quis restituat rem quam non possidet, nec dolo desiit possidere cp. adversario 13. de exceptionibus. similiter reis absolutio non prodest qui per eam nihil milites lucrarentur cum non possideant et si denuo possidere inciperent iterum [illegible] agenti meo Martino rei vindicationis exceptio non obstaret, sive rei iudicatae ut patet ex d. cp. adversario docet Ancarranus nº 9 //

Non obstat primum difficultatis augmentum probans milites absolvendos non esse quia non possidebant l. 9 § 1 de exceptione rei iudicatae imo cum scienter obstulerint licet non possideant milites condemnandi erant l. 45 de hereditatis petit. l. 25 de rei vindicat. // Rx. quod in nro cp. apparuit de ineptadine ab initio, et de ea actori constitit; aliter vero esset si actor indicaret quod reus possidebat quia tunc actio non pronunciatur inepta sed si de dominio constat declarat actor dominus et reus ut non possidens absolvitur ut dicit in d. l. 9 § 1 //

Ad l. 45 de hered. petit. et ad l. 25 de rei vindicat. Rx. quod dictae leges tunc procedunt cum reus interrogatus se possidere asseruit at si non interroget nec asserat sed tacens in se suscipit iudicium non dicit se liti offerre et consequenter nisi possideat condemnandus non est sed absolvendus est a iudicii instantia, et observatione, et ita contingit in nro cp. in quo nec apparet nec presumi debet milites interrogatos respondisse se esse possessores ut post antiquos docet D. Couarr. in cp. Rainaldus § 3 nº 4 de testamentis Barbosa in premissis, et additamentis ad nrum cp. nº 7. //

Nec 2us augmentum difficultatis obstat intendens probare quod actio et intentio non debuit inepta pronunciari ex eo, quod facta narratione agentis ius dignoscebatur cum actionis nomen exprimere in libello non sit necessarium ut probat ex cp. dilecti 6 tito. // Sed Rx. quod licet in nro iure actionis nomen exprimere in libello non sit necessarium d. cp. 6. tamen qui agit debet habere actionem, eamque probare cp. 1 de mut. petit. cp. fin. de libelli oblatione cp. 1. de deposito; cum g. secundum iuris regulas nequeat possessor rei uti vindicatione et ex nro cp. constet actorem possidere antequam sequestratio fieret, sequitur recte esse pronunciatum actionem ineptam fuisse, et etiam actoris intentionem quia narratio non solum fuit inepta sed etiam veritati contraria cum rei milites non possiderent, et hoc est necessarium ut vindicatio locum habeat § 1. instit. de actionibus; si vero saltem vere narratum fuisset, ita ut iudex agentis ius dignosceret tunc enim dominium declararet d. cp. 6. h. tit. cum non requirat

Actionis

actionem ex[-] ponere

Non obstat ultimum difficultatis augmentum probans actorem bene egisse rei vindicatione ex eo, quod per sequestrationem amissa possessionem l. interesse 39 de acquir. possess. et ita actio inepta declarari non debuit

Sed huic difficultati occurr. quod sequester regulariter non possidet l. 17 § unico de depositi nisi specialiter ipsa possessio fuerit sequestrata et non remaneat penes aliquem ex litigantibus d. l. 39 tunc enim possidet sequester docent D. Amaya in l. 2 C. de decurionibus n. 40 D. Larrea qui plures dabit Tomo 1. decis. granat. disp. 14 n. 22 Galvanus de usufr. cap. 33: D. Reyes de acquir. possess. cap. 3. consectario 4. Unde sequitur quod licet actor in nro cap. possessionem non haberet tamen intentare nequibat vindicationem in milites, quia ipsi non possidebant nec dolo desierunt possidere et ita ex defectu possessionis declarat inepta illa actio et eius quia testes deposuerunt actorem possessionem habere, et ita non fuit sequestrata possessio sed penes actorem remansit ob quas causas milites absoluti fuere ab Auditis instantia optime ut iam est dictum

Non obstat 2.a dub. vero intenderis probare actorem iterum audiendum non esse licet apte agat ex eo quod ei obstat rei iudicatae exceptio quae litis ingressum impedit cap. 1 de litis contest. in 6. et quia perpetua est talis exceptio

Sed huic difficultati occurr. neg.do militibus competere iudicati exceptionem, nam militibus favore non fuit iudicatus ~~iudex declaravit~~ sed tantum iudex declaravit ineptam esse actoris intentionem et actionem militesque absolvi ab iudicii observatione salvo actoris iure ita ut iterum audiatur si apte egerit. Unde cum causa non sit termi nata nec de ea iudicatus nequit exceptio oriri, nam rei iudicatae exceptio provenit ex eo, ut litibus finem imponeret et quia pro veritate habetur l. ingenuum 25 de statu hominis l. res iudicata 207 de R. I. iterum de eadem re inter easdem personas ob eamdem causam non licet agere, et si forte fuerit actum opposita exceptione rei iudicatae terminatur lis quia est peremptoria exceptio ut patet ex § item si in iudicio 5 instit. de except. docet Duaren. ad d. tit. de exceptionibus

Ad Textum in c. nullus 2. de foro Competenti et Ad c. nullus 2. 11. q. 1.

In Concilio Parisiensi fuit stabilitum quod nullus Iudex secularis personas ecclesiasticas scilicet Presbyterum, Diaconum aut ullum Clericum, sive minores eccl. sine Pontificis permissu per se presumat distringere aut condemnare quod si fecerit cum Dei eccl. iniuriam irroget tandiu ab eccla sit sequestratus quousque reatum suum cognoscens emendet: ex qua talis est examinanda Conclusio = Laicus Iudex sine Pontificis licentia clericum iudicans excommunicari debet.

Probatur nostra co. ex iuribus et authoritatibus allatis in c. seculares iudices 2. de foro Competenti inb. ibi videas et reppere hic

Huius difficultatis solutiones reperies in ea quae scripsi ad cap. Seculares Iudices 2 de foro compet. in 6

In nra q.m sic insurgo: Laicus Iudex per se cognoscere, et iudicare Cleri
cum potest, ergo excommunicari ob hoc non debet; probatur ans: olim clericorum Causae
ad laicos Iudices pertinebant l. 2 l. placet § C. de Sacros. Eccles. l. cum clericis 25 l. omnes
33. C. de Episcop. et cleric. et patet ex eo quod ut ecclesiasticae psonae Deo possint vacare
Sylvanus Troadis Epus omnes clericorum Causas secularibus iudicibus commisit
ut docet Nicephorus Calixtus lib. 14 hist. cap. 39; ergo Laicus iudex clericum iudicare
valet; ergo ob hoc excommunicari non debet — Augetur difficultas ex eo quod
ecclesiasticae psonae sunt subiectae Principibus secularibus; ergo Principum secularium
Iudices de clericis iudicare possunt valent; probatur ans; nam Apostolica est
traditio ut omnes Apostoli viri sublimioribus potestatibus subiiciantur
cap. magnum 28. 11. q. 1. ubi D. Petrus generaliter scribens omnibus
fidelibus tam Laicis quam Clericis ait Estote subditi dominis vestris sive
Regi quasi praeexcellenti sive Ducibus tanquam ab eo missis ad vindictam malefactorum
laudem vero bonorum. cap. omnis anima 2. de censibus; ergo ex Apostolica D. Petri
traditione constat clericos subiectos esse Principibus secularibus; ergo seculares
Iudices valent propria auctoritate clericum iudicare — patet cons. Nam ratione
subiectionis quilibet Laicus de feudalibus causis etiam inter clericos vassallos
cognoscit cap. ceterum 5 de Iudic. cap. ex transmissa 16 cap. verum 7 ubi docent
Cuiacius lib. 1 de feudis in pr. Iulius Clarus lib. 4 receptarum sententiarum § feu.
quaest. q. 4 et 9; ergo multo melius Laici iudices cognoscere, et iudicare clericum
valebunt cum sint clerici subditi Principibus secularibus; ergo ex eo quod
Laicus clericum iudicet non debet excommunicari — Secundo glisccit difficultas
ex eo, quod Laici valent subditorum causas terminare; sed clerici sunt Laicis
subditi; ergo Laici absque excommunicationis metu clericum possunt iudicare; pro-
batur minor ex cap. 25 et 26. actorum ubi D. ~~Paulus~~ Paulus ad Caesarem
tanquam ad legitimum iudicem appellavit ibi ad Tribunal Caesaris sto ubi me oportet
iudicari, et ibi ad Caesarem appello refert Spondanus in Baronii Epitome anno
58. n.o 62 ergo patet ex D. Paulo clericos subditos esse Principibus secularibus
ergo absque excommunicationis metu Laici iudices possunt clericum iudicare
ergo nra q.o enervatur —

Secundo in nra q.m sic insurgo: excommunicationis
poena Laicus Iudex non est puniendus clericum iudicans; ergo definiri non valet
in nra q.o probatur ans: potius sunt clerici puniendi qui coram Laico iudice agunt
quam iudex clericum iudicans; ergo ex hac causae cognitione et sententia Laicus
Iudex excommunicari non debet; probatur ans. ex eo, quod prohibitiones
ecclesiasticae potius dirigunt in clericos agentes coram Laico iudice quam in epos
Iudicem, ut patet ex Synodo Sardicensi can. 5. Carthaginensi 3 sub
Syricio anno 397 Calcedonensi Generali can. 9. in quibus Episcopis et Clericis
prohibetur causas agitare coram iudice Laico; ergo cum dictae prohibitiones
in epos ecclesiasticas psonas dirigantur; non vero in Iudicem Laicum
potius

Huius Argumenti solutio est in d. cap. 2 ibi vide

potius erant clerici puniendi quam Laicus Iudex clericum Iudicans; quod minus bene in nostro cap. excommunicationis poena in iudicem Laicum iudicantem clericum. Sed tantum est prohibitum Sacerdotes Iudicare cap. Sacerdotibus 42. 11. q. 1. quod cum tantum Sacerdotes excipiantur dicendum est Laicum iudicem excommunicandum non esse; si alios clericos non Sacerdotes iudicaverit. Generalis nostri cap. decisio, cum clericorum distinctionem non faciat — Secundo gliscit difficultas ex eo quod Laicus Iudicans clericum, eumque distringens est excommunicatus cap. si quis suadente 29. 17. q. 4. § cum sit excommunicatus, iterum excommunicari non debet. probatur consequentia: excommunicatio consistit in privatione Suffragiorum ecclesiae et Sacramentorum perceptione cap. fin. de cler. excom. ministr. cap. cum illorum 32 cap. si quem 59 de senten. excommun. plures dabit Gibalinus de censuris disq. 7. q. 3. cum seqq.; sed privatio non suscipit magis, et minus; quod cum excommunicatus sit Laicus Iudex clericum distringens, vel iudicans, excommunicari iterum non valet quia cum iam sit privatus per primam excommunicationem nihil est quod possit auferri per secundam excommunicationem nam subiectum aliqua forma privatum non valet amplius illa privari: quod minus bene dicitur in nostro cap. quod debet excommunicari —

Denique et penitus impugnetur nostra decisio sic insurgo: nec accedente Pontificis licentia Laicus index valet clericum distringere aut iudicare: quod si iudicaverit excommunicandus est; probatur antecedens: Laicorum incapacitas ad clericos iudicandos clericorum que immunitas provenit a Iure divino: quod de licentia Pontificis Laicus index clericum Iudicare non poterit; antecedens probatur ex cap. si Imperator 11. dist. 96. cap. continua 5. q. 13. cap. relatum 14. 11 q. 1. cap. futuram 15. 12. q. 1. cap. nimis de Iure Iur. cap. quamquam 4 de censibus in 6. Concilium Lateranense sub Leone 10 Sectione 9. ibi cum a Iure tam divino quam humano Laicis nulla potestas est attributa in ecclesiasticas personas. Synodus Tridentina sect. 25 de reformat. cap. 20 ibi Dei ordinatione, et alia quae dabunt hanc sectantes sententiam Belarminus lib. 1 de clericis cap. 28. Suarez in Regem Angliae lib. 4 cap. 8. et alii quos cumulat Barbosa de Universo iure eccles. lib. 1 cap. 39 § 2 n. 5. Balboa in cap. 2 de Iudiciis n. 11. cum seqq. Fermosino in cap. 2 de iudic. q. 2. consequentia probatur: Pontifex dispensare non valet circa ea quae divini iuris sunt: sed clerici a Laicorum cognitione iure divino sunt exempti: quod Laicus index de Pontificis licentia clericum iudicare non valet; maior probatur ex cap. sunt quidam 6 cap. contra statuta 7. 25. q. 1. cap. litteras 13. de restitut. spoliat. cap. cum ad monasterium 6 in fine de statu monachor. docent Basilius de matrim. lib. 8. cap. 3. et plures quos dabit Barbosa lib. 1 de Universo iure eccles. cap. 2 n. 119; minor est iam probata quod clerici sunt exempti iure divino a Laicorum cognitione: unde recte infertur non posse Laicos iudices accedente Pontificis licentia clericos distringere vel iudicare, et ita conclusio nostra non defendi queit —

His tamen non obstantibus aliqua sunt prenotanda ad nostri cap. expositionem, et primo notandum est, quod duo sunt christianorum genera et repeti hic ea quae dixi in cap. 25 de decimis notabili 1. usque ad ver. Tiod Barbosa in collectione Apostolicarum, et modo dic: quod isti Laici si iudices sint clericos distringere vel iudicare non possunt quia non solum sunt incompetentes sed etiam incapaces rerum spiritualium, clericorum, et ecclesiasticorum rerum respectu a quo iure haec incapacitas proveniat clericorum et ecclesiasticorum rerum respectu valde est apud Doctores controversum quo ad rerum spiritualium omnium communi placito dicendum est provenire a Iure

Divino

0/0

Divino et Xeo, quod Xpus. Dns. in euangelia lege spiritualem potestatem Petro et eius successoribus dedit non vero Principibus secularibus cap. in nouo 2 dist. 21. cap. fin. dist. 68. Couarr. in practicis cap. 31 nº 2 Molina de iustitia et iure tract. 2 disp. 31. et alios habet Balboa in cap. 2 de iud. an. 2 cum sequentibus Hermosino in d cap. 2 q. 2. nº 2. Sapia tomo 2 Catheniae Moralis lib. 5. q. 10 art. 5, et ratio est quia laica potestas est pure naturalis et temporalis ideo non respicit super naturalem finem ad quem res spirituales tendunt; incapacitas vero laicorum iudicum circa clericos et ecclesiasticas res refertur in prohibitionibus Concilii Constantiensis sess. 13. et 15 Synodi Tridentinae sess. 25 de reformat. cap. 20 et in cap. bene quidem 1 dist. 96. et in omni causa 11. q. 1. cap. 2 de iudic. cap. non minus et toto tit. de immunit. eccles. cap. seculares 2 h tit. in 6. auth. statuimus C. de eppis et clericis l. 5 tit. 6. p. 1. ex quibus iuribus plures docent iure positivo Imperatorum privilegio a Pontificibus confirmato clericos esse exemptos a laicorum cognitione hanc tuentur sentent. D. Couarr. et Molina ubi proxime Salgado de regia protectione p. 1. cap. 1 Salcedo de lege politica lib. 1 cap. 3, aliique quos habet Cenedo ad decretum Garcia de nobilitate glossa 9 nº 1. Collect. 37 Hermosino ubi sup. ubi rationes ad hanc sententiam roborandam refert capibus illam consulat — Alii docent laicos iudices esse incapaces a clericorum et rerum eorum cognitione divino iure ut probat cap. cap. Imperator 11. dist. 96. cap. continua 5 q. 13. cap. zellatus 14 cap. futuris 15. 12 q. 1. cap. nimis de iure iurando cap. 4 de censibus in 6. in quibus divinum refertur clericorum exemptio, et per consequens laicorum incapacitas et ad hoc adducunt Imperatoris Constantini verba quae protulit in Synodo Nicena nam cum multi eppi in d Concilio tribuissent Constantino libellos, crimina aliorum eppiscoporum continentes, ut ab ipso iudicarentur et punirentur, Imperator piissimus omnibus acceptis publice in totius Concilii presentia omnes illos libellos clausos, nec lectos igni tradidit aiens, Deus eppos constituit sacerdotes, et potestatem dedit de nobis iudicandi ideo que nos a vobis recte iudicamur, vos autem ab hominibus scilicet laicis iudicari non potestis ut referuntur in d cap. continua et cap. futuram 12. q. 1. D. Aug. epistola 76 Corolianus de casibus reservatis p. 2 casu 5 nº 11 et ratione probatur haec sententia quia sacerdos status ratione superior est laico cap. duo sunt genera 10 dist. 96. sed inferior nequit superiorem iudicare cap. solicite 6. cap. cum inferior 16. de maior. et obed. ergo laicus tanquam inferior clericum iudicare non valet. Hanc sententiam ut fundatam in iure divino sequuntur Navarro in cap. novit 13. de iudic. notabili 3. nº 52 Belarmin. lib. 1. de cleric. cap. 28 Suarez in Regem Angliae lib. 4 cap. 8 Sanchez in Consiliis moral. lib. 2, cap. 4 dubio 55 Diana resolut. moral. p. 6 tract. 1. resolut. 21 Salinas in clavi regia lib. 12 cap. 8. nº 6. Gutierrez in l. nemo potest 107 delegat. 1 et de gauellis q. 92 nº 8. Greg. Lopez in l. 1. tit. 7 p. 1 verbo senal et plures quos cumulat Barbosa et satisfacit ad contrariae sententiae fundamenta lib. 1. de univers. iur. eccles. cap. 39 § 2 Balboa in cap. 2 de iudic. an. 15 itaque si clericus sit iudex a Principe seculari delegatus tamen clericos iudicare non valet quia delegatus utitur delegantis iurisdictione, et cum incapax sit secularis princeps ad iudicandos clericos pariformiter erit incapax clericus delegatus docet Barbosa in collect. ad nrum cap. nº 2. —

2º prenotandum est quod fori privilegium concessum est omnibus Clericis tam in Sacris quam in minoribus ordinibus constitutis ut probatur ex text. cap. ibi nec presbyterum nec Diaconum, aut clericum ullum, aut minorem eccle. cap. cum non ab homine 10 de Judic. ibi clericos cuiuscunque ordinis cap. de persona 38. 11. q. 1. et ratio est quia omnes clerici sunt de Xpti familia et ad divinum cultum manci pati, et cum omnes Clerici sint de collegio, status ecclesiastici, ideo ad omnes hoc privilegium pertinebit licet sint prime tonsure; nam sub verborum generalitate comprehenduntur nam iura nullam faciunt distinctionem inter clericos in sacris et alios, ut docet D. Covarr. in practicis cap. 31 - 32 et 33 sed hoc est intelligen dum cum in clericali statu perseveraverint, nam licet omnes clerici per ordines accipiant caracterem indelebilem, tamen clerici tonsurati et in minoribus ordinibus constituti valent sine apostasia clericalem deponere statum et tanquam laici vivere et negotiis secularibus se immiscere cap. Joann. 7. de cler. coniug. cap. unico eodem tit., ideo ut privilegio gaudere possint debent in eis aliquas conditiones invenire que exhibeant dictos clericos permanere in clericali statu quas conditiones exponit Synodus Trident. sess. 23. de reformat. cap. 6 ubi statuitur quod nullus prima tonsura initiatus, vel etiam in minoribus ordinibus constitutus fori privilegio gaudeat, nisi ecclesiasticum habeat beneficium aut habitum clericalem et tonsuram deferens ex eppi mandato alicui inserviat eccle. vel in clericorum seminario, aut in aliqua schola vel universitate de eppi licentia quasi in via ad maiores suscipiendos ordines versetur. Suarez in defensione fidei lib. 4 cap. 27 nº 4 plures dabit Barbosa in collect. ad Concil. Triden. d. cap. 6. et de officio et potestate eppi 2ª pte. allegatione 12 Clerici beneficium habentes licet non deferant clericalem habitum, fori privilegio gaudent, quia hoc in aliis ante dictis requiritur propter illam particulam disiunctivam aut, qua utitur Concilium in d. cap. 6. docet Lelius Zechias de republica ecclesiast. de cleric. vero adhoc Gonzalez ad Regulam 8. Cancell. glossa 5 § 5. nº 6. Nicolaus Garcia de Benef. 2ª p. cap. 2 nº 4. et nº 5 ait procedere etiam hoc etiam stante constitutione Sixti Quinti de habitu et tonsura: Beneficii nomine quoadhoc fori privilegium venit beneficium etiam valoris modici imo etiam sufficit beneficium possidere absque redditibus. comprehenditur etiam Cappellania si collativa fuerit, et in titulum perpetuum conferatur similiter coadiutoria cum futura successione a Pontifice concessa beneficii nomine comprehenditur docent nuper laudati. de uxoribus clericorum minorum ordinum an gaudeant fori privilegio valde est controversum, et aliqui existimant eas dicto privilegio gaudere et probatur hec opinio; nam uxor sortiri debet forum viri l. cum que de quella ff. de iurisdictione omnium iudicum; nam mulieres maritorum dignitate, et privilegiis gaudent l. femine ff. de senator. l. fin. C. de incolis l. 2. C. de uxoribus militum Lex C. de fabricensibus l. 4 C. de silentiariis et etiam quia ex l. 2. C. de episcop. et clericis immunitatis privilegium quoad publicas exactiones ipsis clericis concessum extenditur ad eorum uxores; nam maritus et uxor correlativa sunt subinde que datur inter eos humani, et divini iuris communicatio l. 1ª ff. de ritu nuptiar. et ita dispositum in uno censetur in altero dispositum l. 20 de re iud. et vide Barbosa lib. 1. de iure eccles. cap. 39 § 2 nº 62 ubi late hoc disputat, et reperies ibi ———

Ojo

Al fol. 220. Blanco.

†
J. M. J. T.

Ad text. in Cap. licet 11. de foro compet.

Facti spes sic debet effingi. Cum civitas Vercellensis, hodie Vercel in tractu Medio lanensi Consulibus regeretur, privati cives ut suis litibus finis per apostolicq stam poneretur, literas impetrabant omisso medio, sive Consulum iudicio, quo rum authoritatem parvi pendebant: cumq; Consules de enervata iurisdict. s. querentur apd Sanctiss. Inocentium III. eius beatitudo in hunc modum resc ripsit. Quod in causis Secularib. sivè qui seculare petunt iudicium, autem si apostolicè literis causam avocare intendant, apd iudices seculares ter minentur, inutilib. et inanib. prædictis literis reputatis; dummodo iudices secu lares exhibeant iustitie complementum, nec eius administrat. removeant. Sed à lata sententia p prædictos consules, vel alios iudices seculares, appellari licet par si gravata vel ad epsum Vercellensem, vel ad Rom. Sedem, q. utile reputatur, maximè vacante imperio, quo terrene non è iudex superior ad quem recurre re in sua iustitia oppressi non valent. Quod si iustè et legitimè consules recusentur, qd ab arbitris iudicabitur, n. spectata eor sententia, vel ad epis. vel ad Rom Pontificem pro iustitia recurri debet.

Dico causa secularis coram iudice seculari debet terminari, nisi ^iudices seculares deficiant in administranda iust. et legitimè ~~in defectu iudicis~~ ~~secularis~~ recusentur. ⊙ adhuc si consuetudine contrarium obtinuisset. ⊙ probant per partes tex. in ~~cap. placuit~~ c. placuit 11. 11. q. 1. cap. Pervenit 39 11. q. 1. cap. novit 13. c. Venerabilis. 20. de iudiciis. cap. per tuas de sent. excommunicat. cap. solicite 6. de maior. et obed. ab arg. tex. in c. irrefragabili in princ. de off. ordinarij. c. 2. de sup. neglig. prælat. c. nulla de conces. præb. cap. in. de electione. de iure civili singularis iuxta Baldum tex. in cap. et hoc pervenit. 3. ut nulli iudicum licet. novella 134. vers. omnem verò. L. 1 D. de albo scrib. L. cum scinde D. de probat. L. 1. et fin. C. de emancip. lib. L. si definitus C. de arbitr. tit.

Aliis et ne qstio 16. q. 7.
si clericus 5. c. ex transmissa 6. cap. ex te nore 11. ~~fin.~~ c. conquestus 13. tit.
13. c. qualiter, et quando. 17. q. n. è verisimile deprumpt. et utati de appellat.
c. ut eodem.
Romana de sup. neg. præl. 5. c. Romana de appellat. 6. Clement. Pastoralis f. vr. nos autem de re iudicata. extravag. Ioannis 22. ne sede vacante aliq. innov.

illustrant. Covarr. in practic. c. 6 §. Barbos. in L. 1. solut. matr. n. 49. Bobadilla in polit. lib. 2 c. 17. n. 106 Barbos. in pastorali 1. p. tit. 3. c. 20. n. 59. Rodericus de Acuña in c. quisquis 3. 83. dist. Menoch de recup. remed. 7. q. 5. et de retinenda rem. 3. n. 356. Aufrerius de potest. seculari reg. 4. fallentia 44 Chasaneus in consuetudinib. Burgundie rub. 1. § 5. n. 61 vers. undecimo fallit. Marta de iurisdict. 4. p. casu 146. n. 7. Benedic tus in cap. Raynutius in verbo et uxorem. decis. 2 n. 31. Olibanus de iure fisci c. 13. n. 31. Anguianus de legib. tit. 1. lib. 2 controversia 17. n. 84 et segg. Layman Theolog. mor. lib. 4. tract. 9. c. 4. n. 8. Bonacina de legib. disp. 10. q. 2. p. 1 § 1. n. 12 Diana 3. p. resolut. mor. tract. 9. resolut. 25. Fermosinus in c. qualiter et qdo 17 de iudiciis. q. 1. et in c. si clericus laicum 5. de foro comp. q. 9 et segg. et in prædic tis Decretalium ~~iurib.~~ capitib. D. Gonzales. Tellez ... 17 ... Ristorned

in ct. ad tex. in c. qua et qdo 17 de iudiciis

Sed cum noster tex. tres continet partes quarum in elicita conc. comprehendimus ut in omnib. expositis remaneat oes enerviare conabimur et 1o conc. 13 que docemur ob negligentiam iudicum secularium posse ad ecclesiasticos recurri sic arg. a negligentia iudicum secularium, iurisdictis tribueret ecclesiastico, n. alia ratione id fieret, nisi ut nullus litigan tium iure proprio careret: sed hæc ro n. attenditur in iure: q. pb. minor. si hæc ro at tenderetur. æqualis ius vigeret in ecclesiasticis, negligentia ac in secularib. sed pro ne gligentia ecclesiasticor n. recurritur ad seculares: q. n. attendit ne pars gravata persistat. assumptum expresse pbat ex tex. in cap. Aliis vel ne qstio 16. q. 7. ... ...

Concilij Toletani IX. docent filios, nepotes vel propinquos eius qui ecclesiam aedifica-
vit et ditavit debere corrigere ministrum defraudantem aliquid ex collatis reb. et si no
emendaverit denunciare episcopo, quo in puniendo negligente, metropolitano
nunciare, quo etiam cessante quod Regis auribus intimare ne differat. en in
ecclesiastica inqua reus ecclesiasticus est ob negligentiam metropolitani recu-
rrit ad Regem; quod ut servet equalitas ad iudices seculares debet recurri
sistentib. ecclesiasticis in exhibenda iust. sicut deficientib. secularib. rec-
rrit ad ecclesiasticos, et si non recurrit tota deficit ratio nostri Pontificis. [ ]
hic difficultas ex tex. in cap. *Si quis ante annos 2 de regularib.* ubi PP. Con-
Moguntini asserunt deberes parentes eius qui ante legitimos annos fuit
his religioni intra annum reclamare ad Principem, et ad episcopum, alio
in religione permansurum. sed haec causa omnimodo ecclesiastica est et non
in defectum episcopi, sed antequam ad episcopum ad Principem dicit deberi re-
mari; quod multo magis ob negligentiam ecclesiasticorum debet recurri ad secu-
lares iudices ne aliqua pars gravata persistat. [ ] Expressius hoc docemur in
cap. *Si quis clerici cum clerico 45. 11. q. 1.* ubi disceptatio causae laici cum cl-
co ad episcopum pertinere monemur, sed si episcopus litem dirimere noluerit
niter ad iudicem secularem causae terminationem pervenire debere. Qua dif-
cultas adeo gravis fuit visa plurimis bonae notae interpretibus ut ea oppressi
sererent aequaliter esse recurrendum ob negligentiam iudicis ecclesiastici ad
laicum, sicut ob negligentiam laici ad ecclesiasticum. et in his Afflictis
potest. secul. reg. 4. fallentia 44. Igneus in l. nemini § non aliis ff. ad Syllanianum
603. Nec fiet satis si dicamus cum Doctiss. Balboa in nostro cap. Unumquemque
re apud suum iudicem conveniri cap. cum sit generale 8. de foro compet. at iudex secula-
ris neutiquam valet esse iudex clericorum, cum est de iure iudex ecclesiasticus omnium
sit iudex in habitu, quem ad actum reducit ob negligentiam iudicis secularis. cum
olim omnes causae tam laicorum, quam ecclesiasticorum ad ecclesiam deferrerentur. cap.
venerabilem, qui filij sint leg. cap. relatum 11. q. 1. cap. si quis presbiter 2. q.
Nam haec iurisdictio non ex alio fonte dimanat, nisi ex spirituali ratione ut pea-
vitentur ut ex cap. Novit 13. de iudicijs agnoscunt interpretes suffragati textib. in
Constitutio de rebus, earumque disposit. eppis commendata, que refertur in d. can. 39. et 41. apptorum. appa fuit, idest Synodi Appostolorum. ac proinde Diui Petri, (si tamen quis neget hos canones apptorum.) saltim procul dubio sit Appostolos aliquid de oblatis ecclesie statuisse, ceterisque eppis precepisse, ac precipue illorum Primatum Diuum Petrum, qui synodis appostolicis presedisse nemo negabit ceterum constitutis appostolicam denuo sanxisse dicitur Diuus clemens Petri post Linum et cletum successor hoc adhibito precepto ne ad rationes reddendas teneretur Eppus, quia Deum inspectorem habebat, patet ex lib. 1.o const. apptorum Diua clemente cp39 =

Omnes itaque res ecclesiastice fructus, oblationes, et bona in sua potestate habebat Eppus. cp precipimus, 12 q 1.a cp peruenit 16 q 1. ea vero non ipse per se. sed per Diaconos. Hippo Diaconos, et economos administrabat, ita tamen, et pauperes

viduas, ceterasq personas quas ecclesiae sua Calamitas commendabat pia solicitudine solveremt ex rationibus ab eius postea acceptis, cap. episcopus 12 q. 2. cap. vobis 12. q. 2. quibus adiungenda alia plura congesta ab Spondano anno Christi 34. Sponceo lib. 1. digressionum in epistolam Pauli cap. 4. inde que fluxit, ut ex antiqua disciplina ad Diaconos pertineret administratio, et distributio rerum ecclesiasticarum, presbiteratum quandoque detrectarent, quamquis eius functio longe sublimior sit, et extat querela Honorati Diaconi Salonitani ad Greg. lib. epistolarum 5. epistola 14, 15, et 16. et episcopus suus invitum presbiterum ordinasset, et ratione huius temporalis administrationis, erat vulgus in Diacono propensior quam illud Fritum

Vulgus amicitias utilitate probat

Unde quandoque iniectum fretum se Diaconi erexerunt, ut tempore Hieronimi constat ex eius epistola 85 non erubescerent presentibus presbiteris mensis laicorum benedicere, et inter presbiteros sedere canonibus contra decernentibus, ex quibus non licebat Diacono, cum presbitero sedere, nisi eius iussione, patet ex concilio Niceno canone 14. Laodiceno, can. 2. Arelatense 2.° can. 15. Carthag. 4. can. 37. Bracharensi 2. can. 40. et ex Synodo sexta in Trullo canone 7. relato in cap. non oportet 93. dist.

Verum etiam episcopi (ut prius ad rem accedamus) omnimoda illa dispositione utentes constitutionibus ecclesiasticis, et appostolicis insuper habitu clericorum, et pauperum post habita causa amplissimam rerum ecclesiasticarum partem in proprios converterent usus, aut quia creditum est fore, ideoque lege precavendum Silvester 1.us iussit ut bona ecclesiastica in quatuor dividerentur partes, Synodus Romana sub Silvestro cap. 4. cuius constitutionis obscuram divisionem sic digessit Gelasius Pontifex et Simplitius 1.us in suis epistolis, ut istarum quatuor partium una cederet episcopo ad sui sustentationem altera presbiteris, et Diaconis, et omni clero, 3.a fabricae, 4.a pauperibus, cap. concesso. cap. quattuor cap. de reditibus 12 q. 2. neque Greg. 1.us ab hac divisione fuit alienus, cap. cognovimus 12. q. 2. et denique quam pluries ipsi de verbis eam admisserunt aliquot Synodi provinciales serie temporum multum distantes a seculo Silvestri. Concil. scilicet Mag. cap. 10. Tribun. can. 13. Francie tervcaulo Wormatiense. can. 7. et 47. Triboriens. can. 13.

Advertentibus tamen episcopis sua authoritate divisionem Silvestri contemptu abolitam Gelasii Simplicii et Gregorii totum conciliorum decreta demonstrant, quam admodum et varie fuisse divisas in aliis conciliis quam pluribus constat in tres tantum partes dividentibus bona ecclesiarum aliis in medias. patet ex concilio Arelatense sub Symacho. can. 16. et 17. ex altera Arelatensi sub Vigilio, can. 25. eadem que trina divisio apud nostros Hispanos inhibeta concil. Bracharens. can. 25. una scilicet pro episcopo, altera pro clericis, 3.a pro reparationibus ecclesiarum, et securitatibus, Toletano tamen 4.° episcopus contra priorum conciliorum authoritatem, de oblationibus divinis, et tributis 3.a consequita. Emeritensi, can. 4. pecuniae a fidelibus oblatae, una pars habet

cp. dilectus filius. 27. de prębendis. cp. cognoscitur. 6. de his quę fiunt a prelatis
tat Glosa ind.º cp. 4. de supplenda neglig.ª Prelat. in multis tamen ecclesiis hisp.
quibus canonici concurrant cum epo, is solus confert dignitates. Garcia. 5 p.te
beneficiis cp. 4. ubi amplissime de concursu epi. =

Erant ergo in Epi solius arbi-
trio, seu eius et capituli sui, vel aliquando solius capituli electiones, et collationes
dignitatum, et prębendarum, neque quoad parrochiales ecclesias certum est collatio-
ni sui Epi subiectas fuisse. neque per plura secula Romanus Pontifex his se
ingessit, imo ea re adeo religiosissimus fuit Magnus Greg. ut deincardinaret
in aliqua ecclesia rescriberet ad epum loci, et solidus et relinqueret arbitrio
patet ex lib. 1. epist.ª 81. et lib. 3. epist.ª 14. indict. 12. et lib. 5. epist.ª 2. indict.
is nempe fuit Sanctus Pontifex, cuius digna vox referri in cp. peruenit lib.
ri sua uni cuique epo iurisdictionem reseruari quid aliud agitur, nisi ut per ex
quor [illegible] ecclesiasticus ille ordo custodiri debet confundatur =

Epi itaque per multa
tempora remansit libera collatio parrochialium, et benefitiorum cęterorum, cp. ex parte
de rescriptis, cp. conquerente, de off.º ordinarii, cp. cum venissent. de instit. cp. 1. de
capellis monachorum, cp. cum ex iuncto, de hereticis. Garcia de benefitiis. p.te 5.ª cp.
Gonzalez ad regulam 8. § 1.º proemialis, et plures alii congesti a Barbosa de po-
testate episcopi, allegat. 57. = hancque in partem sollicitudinis dati coadiuto-
res episcopi Summo Pontifici ut partitis oneribus mandata ecclesię facilius
exequerentur. cp. mandante. de presumpt. vocati namque in partem sollicitudinis
non in plenitudinem potestatis. cp. ad honorem. de auct.e et usu palii: pendente
vacante capitulum non potest benefitia conferre, quibus presentatos instituere pot.
quod collatio benefitiorum, ad ius episcopale pertineat, et inter fructus episcopales epus reser-
uandauit, sin si seorsim ad epum, et capitulum pertineret collatio, tex. et
D.D. in cp. ex frequ. de instit. cp. 1. de instit. in 6.º cp. fin. de off.º vicarii. ead.
lib. Antoninus instit.ª iuris Pontifitii, lib. 2. cp. 11. Petr. Greg. lib. 17. syntag.
cp. 7. Garcia de Benefitiis. 5.ª p.te per totum cp. 7. et alii quamplures relati a Solorz.
de iure indiarum, 2 tom. lib. 3. cp. 13. et in politica indiana lib. 3. cp. 13. =

Usi igitur
fuere plenissimo iure collationis epi insolitis incognitisque Romanorum Pon-
tificum mandatis, et reseruationibus, quibus ipsi in causis benefitialibus
plenissimam, et absolutam haberent potestatem, clem. 1.ª et lite pendente, cp.
de concess. prebende, iunctis, que tradit. Fran.cus de Leon, in thesauro fori ecclesias-
tici. 2.ª p.te cp. 20. Barbosa de uniuerso iure ecclesiastico. lib. 3. cp. 13. Petr. Greg. de
re benefitiaria, cp. 3. Verum cum epi, et ordinarii admissis indignis viris
moribus, et scientia prestantes, per ut haberent Summi Pontif. cępere
mandata sua dirigere ad ordinarios collatores, de conferendum aliquibus benefi-
certis personis primi autem istis mandatis. ut ex decretalibus Greg. 9. et
nifs 2.º et const., neque enim in antiquiori decretorum compilationibus horum man-
datorum memoriam convenies, uti cęperunt Alexander 3.us Cęlestinus 3.us Innocent.

Gregor. 9. & precipue Bonif. 8.

Sed quamuis illorum Pontif. aliquot mandata inueniantur, vt videre est in cap. cum teneamur. 6. cap. dilectus 27. cap. fin. de prebend. in antiquis. cap. proposuit. cum aliis, de concess. prebende, his tamen contiuuo non parebant ordinarii collatores. vt patet ex d°. cap. 26. & 27. de prebend. in antiq. ubi aliqui Pontifices excusarunt. alii quorum statua spreta fuisse, fuerunt itaque initio mandata monitoria, precibus nudis vtentes. Pontifices quibus ordinarios collatores monebant, vt benef. conferrent. has litteras impetrantibus. & quia ordinarii non facile exequebantur per illas litteras monitorias voluntatem Pontificis inuente sunt alie littere preceptoriales. quae precipiebant ordinariis. conferre mandatariis benef. si qua tunc vacarent, vel primo vacatura, quia autem per illas litteras, neque precise tenebantur implere mandatum ordinarii. et aliis conferebant benef. quam mandatariis. & collatio valebat. cap. dilectus filius, de prebend. in antiquis. idcirco alie littere inuente sunt, postea dicte executoriales, per quas dabant executores. qui cogerent ordinarios conferre mandatariis beneficia. & de speciebus harum litterarum loquuntur hua in cap. nostrum 6. cap. ex parte, 7. cap. constitutus 19. cap. capitulum 30. cap. ex insinuat. 37. cap. litteris 39. de rescriptis in antiq. ordoque frequentior erat. vt nunquam darentur executoriales, que date fuissent monitoriales, & preceptoriales d°. cp. capitulum 30. & cap. ex insinuat. 37. [redacted] de rescriptis Petr. Greg. de rescriptis cap. 3. & 4. & lib. 17. sintagm. cap. 11. Barbosa. de vniuerso iure eclesiastico, lib. 3. cap. 13.

Verum non obstantibus predictis formulis mandatorum poterat adhuc ordinarius Benef. conferre alteri, quam mandatario, namque illorum presentatio manus ordinariorum non ita ligabant, vt in istorum facta collatio irrita vel nulla esset, cap. si soli ordinarii. de concess. prebende in 6. ubi tres casus excipiuntur. scilicet nisi clausula irritans illis mandatis fuisset adiecta. ut in cap. 1. de concess. prebende in 6°. vel nisi executor datus ante collat. alii factam inhibuisset ei, ne alteri conferret. quam mandatario, & nisi in vim rescripti sibi retinuisset potestatem conferendi, de quo etiam in cap. tibi. de rescriptis in 6. vel nisi impetrans, iam fuisset ante vacat. prebende in canonicum receptus. de qua etiam excepti. agit tex. in cap. si post quam de prebend. in 6°. cap. duobus. de rescriptis eodem lib.

Successit in locum harum litterarum usus mandatorum, quibus non seruato ordine litterarum monitoriarum, preceptoriarum, aut executoriarum Summi Pontif. iure proprio mandant ordinariis collatoribus, vt conferant benef. mandatario impetranti primum vacaturum. atque tribuunt executoribus datis potestatem conferendi. si ordinarii recusent vel negligant, post presentat. mandati legitime. & suo tempore factam. cap. si apost. 22. de preb. in 6°.

cp si accepit. 9. de conces. preb. in 6. ubi ex sola presentatione rescripti huius beneficij vacaturi ita afectum est impetranti, ut alij conferri non possit, et litterae seu mandata, veluti preiudicia sunt reservatum. de quarum speciebus latius agunt Rebufus in tractatu de reservationibus, Simoneta, Gaspar Perez et Eneas Falconius. eodem tractatu. Cardinalis Tuscus. litt.a B. conclus. 74. et litt.a R. conclus. 224. Petr. Greg. lib. 17 sintagm. cp 10. et de re benefitiali cp 24. Lotherius. de re benefitiaria. lib. 2. q. 26. Franc. de Leone in thesauro fori eclesiastici, 2.a parte cp 20. et plures congesti ab Aug.o Barb.a in pastorali 3.a p. allegat. 47. et de vniuerso iure eclesiastico. lib. 3. cp 13. ubi latissime de reservationibus. Antoninus in hist.a Iuris Pontif. lib. 2. cp 12. et seqq. non enim tamen potestatem ordinarijs, vel alijs. conferendi benefitia concessit Summus Pontifex. quam similem, vel maiorem sibi retineret, cp dudum. § non igitur. de prebend. in 6. in partem enim solicitudinis sunt vocati ordinarij, non in plenitudinem potestatis, cp ad honorem. de auctt. et usu pallij, plenitudo itaque potestatis in benefitijs ad Summum pertinent antistitem. qui de illis ex nutu disponit. et de fructibus, et collationibus eorum, cp proposuit. de conces. preb. clem.a 1.a ut lite pendente. Azor. institut. moralium. 2 p. lib. 6, cp 1. et plures congesti a Barbosa. de potestate eppi. allegat. 47. et a Solorzano de iure indiarum, tom. 2, lib. 2. cp 27. et in politica. lib. 3. cp 19. latissime Loterius, de re benefitiaria lib. 2, q. 22.

Caput. 3. De Personis quae locare et conducere possunt, vel non.

1. Ut autem breviter in hoc cap. procedamus notandum est, omnes, qui conducen-
di capaces sunt, locationis contractum celebrare posse, et e contra, qui generaliter contractum
celebrare non possunt propter defectum iudicii, aut iuris prohibitionem non posse locare, con-
ducere, de quibus noster non est sermo, quia potius ad generalem contrahendi capacitatem, vel
incapacitatem pertinet, quam ad particularem, respectivam quae huius contractus celeb-
randi prohibitionem: sunt ergo aliquae personae, quae quamvis contrahendi capaces sint, tamen condu-
cere non possunt; in primis itaque, qui tutor aut curator est pupilli, aut minoris
non potest conducere aliquid ex patrimonio Caesaris, nec a fisco, donec finito officio
rationes reddat, et si contra fecerit falsi poena punitur, cuius prohibitionis meminit Mar-
tio in leg. tutores 49 ff. h. tit. leg. 1. §. ex illa ff. ad leg. Cornel. de falsis leg.
unic. Cod. ne tutor. vel curat. vectig. conduc. ut notant repetentes in primis
iurib. notarunt Donel. lib. 12 comment. cap. 23 circa fin. Cuiac. in elegan.
recit. ad textum in d. leg. unic. Fab. in rationalibus ad d. leg. 49 Molin. de iust. et iure
tom. 2. disp. 221. noster Greg. Lopez in leg. 14. tit. 16. part. 6. rationem
tamen huius prohibitionis probare non est in facili: una et duo generalis est, et quae
respicit pupilli favorem; scilicet ne tutela obligati oneret fisci obligatione
in praeiudicium pupilli argumento textus in leg. locatio 9. §. debitores ff. de publican.
et vectig. et quod Imperatores Severus et Antoninus in pupilli favorem hanc
prohibitionem induxerint facile persuadet ex dict. leg. 1. §. ideoque ad legem
Cornel. de falsis. ubi mortuo pupilo non arcet tutor a vectigali conduc-
tione, etiam ante rationem redditam: quia cum pupilli personam hoc privilegium de-
datum fuit, quod cum personale est ad heredes transire non potuit, quia non causae
sed personae subventum fuit, ut verbis Papiniani utar in leg. ex pluribus
42. de administr. tutor. Cuiac. in recit. ad textum in d. leg. unica post
antiquiores defendit in fisci favorem praedictam prohibitionem factam, nam
cum fiscus habeat tacitam hypothecam in bonis debitoris leg. aufertur 46
§. fiscus de iur. fisci. leg. ult. Cod. de priv. fisci. leg. 2 Cod. in quib.
causis, antiquior quae est obligatio pupilli cum eodem privilegio tacitae hypothecae

praefer

p̄ferret in fisci p̄iudicium in bonis tutoris, qui postea conduxit vectigal[illegible]
et sic eueniret, ut nihil superesset unde fiscus suum servare posset; sed quamvis
hęc rão hodie admitti posset, tamen de tempore quo imperatores Severus et An-
toninus facta fuit constitutio neutiquam admitti debet, quia pupillus illis temporibus
non hebat privilegium tacitę hypotecę, sed tamen hebat privilegium personale
ut inter cęteros creditores personales primus esset text. dicimus 19. cum duabus
leg. seqq. de rebus author. iud. possid. quod privilegium non poterat fisco p̄iudi-
care, quia fiscus erat tam ista rãe privilegij et hypotecę arguo text in leg. pupilli
34. ff. de rebus autori. iudic. possi. et ideo fuit nãria ex p̄a pignoris [illegible]
tio, ut pupillus in bonis tutoris hypotecam haberet in leg. ult. ff. qui potiores
in pignor. de cuius conciliatione cum leg. si quis mihi 28. de iure fisci
vendi [illegible] Cuiac. lib. 10 et plures referentes d. Ferdinandus Arias de
Mesa quemdam vespertinus noster lib. 10. variar. cap. 18. n. 2 Olea de
cessione iur. tit. 3 quęst. 7. q.o ff. induxit ex meliore opinione privi-
legium tacitę hypotecę in favorem pupillorum leg. pro officio 20 cod. de admini-
stratione tutor. et repperit Iustinian. in leg. unica Cod. de rei uxorię act.
Cuiac. rão admitti non debet de tempore constitutionis imperatorum quamvis
tacita hypoteca hodie valere possit dicta rão: manet ergo pupillorum favore
inductam fuisse p̄dictam constitutionem, quamvis hodie et fisci et pupillorum
favore admissam sustinere possimus, nec obstabit text in leg. unica Cod. de
rem alienam gerens: ubi non prohibet tutoribus et curatoribus fundum pupilli
alit pignori fisco obligare, nam respondendum est cum Cuiac. in dict. leg.
unica Cod. ne tutores et curat. quod prohibitio hebat locum in generali taci-
taque hypoteca, quę inducebat legis potestate in debitoribus fisci, quam
[illegible] quod extendi non debuit ad particularem pignoris obligationem, p̄ si pupillus [illegible]
quod dicta lex quod subscriptionem non habet sit credit. Imper. unde autumo [illegible]
minutum esse d. leg. unicę Cod. ne tutores vel curat. iuncta leg. 1. §. [illegible]
ad legem Cornel. de falsis et mitigabat ex illo verbo ibi: non est inter dictum [illegible]
interp̄tatio et sequuta est dict. leg. unicę Cod. rem alienam gerent. genera[illegible]
prohibitiones positam in dict. leg. unic. Cod. ne tutores vel curat. [illegible]
quia particularis pignoris fecit constitutio Cesare generalem tacitamque hypote-
cam ut solet notari ex leg. ult. Cod. de pactis conventional. ex qua solet [illegible]
ri p̄ quęstionem hois Cesare legis dispositionem et ita respondendum est d. [illegible]
unic. sed an in d.o rio casu qui conductor vectigalium et rerum fiscalium [illegible]
tutorem esse posse dubitatur, ut diximus generaliter a tutela arceri, non p[illegible]
posse

privilegium, sed ad excludendam fraudem, ne qua fiat pupilo, et fisco d. leg. 1. §. sed ad illos ff. ad legem Cornel. de fals. leg. vel cum fisco 9. de confirmat. tutor. leg. ult. Cod. qui petant tutor. vel curat. probat que lex 14. tit. 16. parti. 6. sed non arcet generaliter, qui cum fisco contraxit, nisi debitor sit fisci, quia in hoc casu, ut inquiunt Imperatores non intendunt privilegium dare, sed fraudem excludere, et cum nulla sit fraus, quando debitores non sunt fisci, inde est, ut hunc tutores esse possint, nec admittatur excusatio: Unde non sine misterio dixit Paulus in d. leg. 9. de confirmati. tutor. contractum damnosum cum fisco, contractum impedire tutelam contractione, quia non sufficeret solus contractus. Hec procedunt generaliter in d.a parte cum fisco, et eius debitore; sed si conductor sit vectigalium, tunc et arcet a tutela, et excusationem habet indistincte leg. in honoribus §. non aliis ff. de vacat. muner. leg. ultim. Cod. de condut. et procurat. fisc. Sobior. lib. 4. ratio excusationis et prohibitionis consistit in laboriosa negotiatione, et anxia nimis huius conductionis, quoniam in hoc casu, si tutelam accipiat excusandus est penas ibi d. leg. ult. in fine Cod. ne tutores vel curat.; non tamen excusatur, qui predia, aut vectigalia a republica conduxerit leg. spadonem §. qui vectigalia ff. de excusat. tutor. quia respublica iure privatorum utitur, nec fisci privilegium ad urbes extendit ut solet vulgariter notari in leg. 2 Cod. de iure reipublicae. Sed opponi solet supradicti de excusatione conductionis vectigalium textus in leg. coloni 8. Cod. de excusat. tutor. cui omissis diversis, respondet Cuiac. in d. leg. ultima loqui predictam legem de colono predii fiscalis, non autem de conductione vectigalium, defendit colonus ita excusari, nisi appareat utrumque posse exercere sine fisci detrimento leg. 38 §. 1. ad Municipal. cum quo in effectu convenit Gregor. Lopez in d. leg. 14, quem sequuntur Molina de iust. et iure disp. 221. Gutierres de tutelis parte 1. cap. 20 n. 16. qui recte asserit per legem patriam generaliter arcendum a tutela conductionem sive vectigalium sive prediorum Cesaris

2 Militibus etiam prohibet conductionem publicarum rerum, quam privatarum leg. miles 31 Cod. h. tit. leg. militer §§ leg. milites 16 Cod. de re militari lib. 12 leg. si ignorans 50. ff. h. tit. quia eis prohibitum fuit omni negotiationi et etiam prohibitum erat, ne possent negotijs privatis immisceri aliorum, quae nomine procuratores, mandatores que esse d. tit. leg. miles 31. h. tit. d. tit. leg. 8 §. 1. qui satisdare cogant. leg. 8 §. vetera in omnibus procurator. leg. militum 7. Cod. theodos. de procurator. leg. qui stipendia 9. Cod. eodem tit. leg.

leg. si militem 5 cod. de condit. ob causam; de cuius expositione et conparatione cum leg. dict. 8. Cod. eodem tit. videndi sunt Cuiac. in recitat. ad tit. in dict. leg. 5. Donel. 14 comment. cap. 23. Sarmiento lib. 2 select. cap. 3. de prohibita negotiatione militibus prohibita mentio habetur in synnopsi basilicon lib. 8 tit. 1. cap. 90. Armenopulus lib. 1. promptuarij tit. 16 §. 3. elegans ita Ambrosius lib. de offic. cap. 36. Sidonius lib. 1. epist. 8. ut quemque statum rerum reipublicae ordine depingeret, sic fatetur: Fenerant clerici, syri psallunt negotiatores, militant milites negotiant etc. ratio igitur huius prohibitionis elegant exprimitur ab imperatore Leone in d. leg. 31. h. tit. quia si militibus concederet conductio, et mercatura praesumptione militaris cinguli dicta habentes cum ipsis contraherent, armaque totius provinciales, qui in hostes converterent, quae fuit ratio propter quam praesidibus, et potentioribus prohibitum fuit, cum illis ditis, et humiliori fortunae hominibus dicta pacisci leg. qui officij 62 de contrah. empt. leg. principalibus 33. de reb. credit. leg. 3. Cod. de comerc. et mercat. postea illustranda iuncta leg. ult. Cod. de rescind. vendit.; alia etiam ratio depromit ex praelegatis iuribus, nam si negotiatio et conductio militibus concederet facile eveniret, ut desertis militaribus signis castra desererent, et sordida munera tractarent, et omisso armorum usu rempublicam à qua aleb[antur] indefensam relinquerint d. leg. 31. Cod. h. tit. et leg. 15 Cod. de re militar. Non dissimilit Vegetius de re militari lib. 2 cap. 19 ibi: Satis incongruum videbat imperatoriis militem qui veste et annona publica pascebat utilitatibus vacare privatis et conducit Paterni praeceptum apud Marcum in leg. officium 12 §. 1. de re milit. et adeo exosa fuit imperatoribus militum negotiatio, ut varias poenas imposuissent dicta negotiantes, cingulo militari privant in leg. unica Cod. negotiatores ne militent, et dicta detinentem milites in usu privato poena statuit in leg. nemo 13. Cod. de re milit. iuncta leg. 17 Cod. theodosii eodem tit. et ex novella Iustiniani 116. qui militem detinet ut privatis usibus inserviret omnibus facultatibus privet, et fisco adicant; et militem cingulo spoliatus capitali poena afficit illustrant Savarus ad Sydonium d. epist. 8. Wernbechius ad praedictum vestigij locum Cuiac. in dd. legib. de re milit. et in ult. Cod. de locato Petrus Gregor. de republica lib. 13. cap. 6. n. 48 Fornerius lib. 2 selectar. cap. 3. Anton. Matheus de action. lib. 2 cap. 5. n. 10. Haec ipsa prohibitio primis temporibus locum tamen habuit in militibus, qui sub magistris militum et in numero relati erant, non autem pertinebant ad domesticos et protectores, nec ad alios qui Principem comitantur, ut rationali et m[...]

tabant in scholis Palatinis (quas describunt Cuiac. in leg. curialis 20 Cod. h. tit. Pancirol. lib. 2. vari. cap. 206) et probat ex leg. unic. Cod. ex qq. cau. milit. forensi privileg. etc. postea tamen hec prohibitio extensa fuit ad milites oes, sive eent sub magistris militum, et in numeros relatum sive eent in scholis Palatinis, et in legionibus comitatensibus ut constat ex d. leg. ult. Cod. h. tit. leg. nemo 13. Cod. de re milit. leg. 5. cod. de argentib. in rebus leg. unica Cod. negotiatores ne militent leg. si cohortalis 12 in fin. Cod. de cohortalib. principib.; extendit etiam ad fabricenses leg. ult. cod. de fabricensib. qui quasi milites erant leg. schemata 8. Cod. eod. ratio e. quia etiam isti a servicio et ministerio avocabant, in eis quae etiam timebat conculio erga quaerentes, quae fuit ratio d. leg. milit. Cod. h. nri tit. vel ut existimat Forneri. d. lib. 2 cap. 3. quia negotiatio erat sordida manera habita fuit, et inde erat indecens, ut cingulo militari condecorati negotia sordida tractarent. convenerat etiam Petrus Gregor. lib. 3. cap. 6. propter eandem etiam raonem prohibita fuit clericis oiis negotiatio, et conductio, quia quia inde coram erat, ut qui deo decrati erant, et eius servicio deputati militiam celestem deserent, ab ea que propter sordidam negotiationem avocarent, et avaritie inhiantes, immiscentes que improbis moribus, quae rijs, qq. negotiatores plerumque vhunt, ut ne inde decus eclesiastici ordinis negotijs secularibus se immiscerent, extant que hac in re reppetite prohibitiones, ne sint clerici negotiatores, conductores, et fidejusores, administratores que alienarum facultatum novela 123 cap. 6. nec clerici ne monachi cap. ult. de vita et honestat. cleric. cap. 14. quaest. 13 cap. negotiatores cap. fornicari 88 dist. canon 16 cap. eclesie Africe canone 181 et 185 et 190 Cod. canonum eclesie univers. canon. 19. concilij illiberit. Div. Cyprianus epist. 66. in edit. Pamel. ubi ipse plura refert Sabar. ad 3 domin. 4. epist. 8 ad illa verba fenerant clerici Petrus Gregor. lib. 3. de republ. cap. 4 n. 48 plura recebentes ad textum in cap. ult. de vita et honest. cleric. refert etiam concilium Rimense et illustrat utriusque orbis splendor noster Solorsano tom. 2 de iur. indiar. lib. 4 cap. 2 n. 60. et 61. d. Ferdinand. de Mendoza pro confirmand. concilio illiber. lib. 2. cap. 38 ubi plura adjicit D. Emmanuel Gonsalez ad predictum concilium et ad praxim illustrat. Molina de iust. et iure. tom. 2 disp. 242 adiiciat predictis aliquorum pragmaticorum sententiam, quae docet conductorem clericum ee in pore pascuorum civitatis, vel municipij, et aliorum redditum, tandem apud nos pro lege regiam 4. tit. 20. lib. 9 re copitat prohibent personam eclesiasticam accedere ad conductorem vectigalium nisi fidejusores seculares idoneos prestiterint.

Prohibent etiam vectigalia conducere senatores, ita ut nec per se, nec per interpositas personas admittantur ad conductionem. Cuius prohibitionis auctor fuit

Adrian

Adrianus referente Guisino in eius vita ibi: multas leges sanxit, sed decurionem, seu senatorem, nec per alium vectigalia conducere et multavit Adrianus [illegible]

Romanis; dicta mentionem facit Asconius Pedianus in Cicerone orat. pro Cornelio

et ad similitudinem eorum curiales, sive decuriones, qui minores erant senatores in municipiis et coloniis, ut cum pluribus illustrat D. Fran.co de Amaia

in recit. de decurionibus. Prohibita etiam fuerunt publica conducere publica et vectigalia leg. nostique 29 l. de administr. rerum leg. i puriis 6 §. 2. de decurionib. et ibi Ciac. leg. unica Cod. qq. ad conductionem publicor. fiscali. nisi iure in

conductione successissent leg. 4. de decurionib. ratio huius prohibitionis clara

est, quia cum publica per ipsos tractarent facilit. vaus abripis cum illi pot.

vilius conducentes, vel tardius solventes, et quia eorum elat. vricati de terretam

quod etiam legibus nostris prohibitum est leg. 3. et 4. tit. 5. lib. 7 recopilat. et leg.

tit. 6 lib. 3. recopilat. et leg. 2 tit. 10. lib. 9. Molin. disp. 488. Accedit

predict. legibus Anton. Matthaeus de auxil. lib. 2 cap. 3. propter eandem rationem nobiliores prohibiti fuerunt vectigalia et res publicas conducere d. leg. unica

Cod. qq. ad conduct. prohib. sed conducunt leg. 9. Cod. de comerciis leg. ult.

de rescind. vendit. et apud nos leg. 9. tit. 10. lib. 3. recop. si enim vilis

est populo plenius Publicanus ut ait Livius lib. 44. historiae cap. 18 ibi:

ubi Publicanus est ibi aut ius publicum vanum, aut libertatem sociis nullam

esse: quanto magis erit in nobilitate ceteros antecelat. Accedunt etiam principes

sibi licitatione et vic vilius Principes vectigalia in eorum praejudicium conducebant, quod damnum expertus fuit (ne memorabile huius rei exemplum

omittam) Ptholomaeus Rex Aegypti, qui cum proscripsisset vectigalia Syriae

et Phoeniciae nobiles vero ad licitandum admiterent, octo tamen talenta

per plures annos perpenderunt, accessit postea privatus quidam, et duplum

obtulit, nobilioribus etiam additis conditionibus, quo admisso et 16 talenta principi pependit et magnas opes sibi lucratus fuit, refert Joseph lib. 12 antiquitatum Judaic. cap. 4. Accedit aliud incovenient, quia sub specie publici

et vectigalis impositionem in publica invadunt, et retinent tanquam propria

ex fraudem in immunitatem a solutione per vim et ambitum, ut recte

addit Bodinus lib. 6 de republica cap. 2 sect. 643. tandem ut ad curiales

redeamus extensa fuit ad conductionem predior. privatorum prohibitio ut

cum curiales eo Cod. hi tit. ne occupati negotiis propriis publica utilitatem

non curarent, itidem etiam per curatores alienarum rerum, vel fideiussores esse

prohibebant leg. siquis 34. Cod. de decurionibus novela Theodos. ne cur.

prędiorum alteriusve etc. et adeo prohibitio hęc inhabit ut nulla nasceretur obligatio leg. si dubium 5 Cod. de contrah. et committenda cum dict. leg. curiali, quando in ea ope ... orum hęt et ex ea suplendam ęe subscriptio [illegible] leg. curiali ut in ea [illegible]

4 Minor etiam à conductione publicorum arcebatur, quia ... in integrum restituerentur leg. 45. §. fin. de iur. fisci leg. 1. Cod. si adversus fiscum. et propterea periclitaretur. Principis patrimonium si ad licitandum admitterentur, quamvis alias in rebus privatis ad licitandum admittantur etiam pupilli. leg. si venditor. 14. §. de pupillo de in diem addict. quia sibi debitor debet imputare, qui voluerit se pupillo obligare, quamvis ex parte pupilli contractus non teneret. leg. Iulianus. 13. §. siquis à pupillo. cum vulgatis de actionibus empti. apud nos etiam extat prohibitum ne minores. 25. annis ad conductionem vectigalium admittantur. tit. 2. §. 33. lib. 9. recopil. de filio fam. dubitatione inspectio, namque iste ex omnibus contractibus obligantur. leg. filius. 39. de O. et A. leg. 43 ex eo. 55. de iudiciis. Nihilominus tamen conducere vectigalia non posse probatur ex vestigio ignoto, et summe notando, quod extat in leg. 3. §. 1. ad Maced. ubi cum diceret Iurisconsultus filius fam. pro patre fam. segerens non posse uti beneficio Macedoniani, subiicit, Iulianus statim respondisse in eo, qui vectigalia conducta habebat. quasi sentit Iurisconsultus filius fam. non admittendum esse ad conductionem vectigalium, nisi pro patre fam. se gerere, quasi conductio vectigalium tantum patribus fam. promitteretur, strictim notat Cuiac. 12. observ. Iuliani. in d. §. 1. quod casus singularis, quo à contractu filius fam. arcetur, coniungi velles cum alio particulari, et notatu casu, qui extat in leg. 2. §. 1. de pollicitation. ubi filius fam. sine consensu patris voto non obligatur, et utriusque ratio consistit in eo, atque ... ille est, namque respicit obligationis capacitatem, quam facultatem voventis, ut votum ad impleat, quarum filius fam. expers erat, cum pluribus notavit Valent.a tom. 3. tract. 2. n. 45. addendus Clarus Sylvius ad l. 12. tab. cap. 20. fol. 459. quod etiam ... cendum est in conductione vectigalium, etiam si filius peculium habebat, in quo semper praefertur Pater, quam laborem nostrum suspendimus, non finimus, donec transactis feriis in schola, quam vobis clarissimis auditoribus studiis inhiantibus et proficientibus in ... patriam et redeatis, me quam vero nexu perpetuo mancipatum, quasi postliminio recuperetis.

Cap.

Caput. 43.

Quibus casibus Locatio, et Conductio transeat, vel non ad Sucessores.

1. Finita durante tempore locationis adveniente tempore in locatione comprehenso, nisi contrahentes taceant, quia tunc reconductio inducitur, eo modo quo exposuimus cap. 1. et dominus potest libere rem repetere, nec audiendus est conductor si vellit eam retinere; alias si conductor non restituat finito tempore subjicitur ultra actiones ad interesse ex dicta causa poenis, de quibus in lege conductores 34. C. h. t. et non abire C. unde vi. lege 18. tit. 8. part. 5. et lege 12. tit. 10. part. 7. quod procedit etiam, si dominus alteri rem locet, nec admittendus est conductor, etiam si eodem, vel majori pretio rem conditionis titulo retinere contendat, ex elegantia textus, et perpetuo memoria tenendo in lege neconductor 32. C. h. t. et sic pateat dominis libera facultas locandi cui voluerint adeo, ut nec sufficiat pactum de re locando, et praeferendo conductore, pro eodem precio noviori conductori, nisi per scripturam confectum sit, ut ait Imperator Zenon in dicta lege 32. quod tamen difficile et notatu dignum est adeo de reconductione tradita mente quia probare videtur non posse dari casum tacitae reconductionis, quia nimio consensum solum non sufficere ad inducendam relocationem. Sed advertere aliud esse tacitam reconductionem vel pactum de re locando pro pretio anni, cui precitte contractum videtur locator, repelleretur agens finito tempore exceptione pacti, nec conductor ex persona sua dicti temporis aliquam movere actionem poterat, quia inter ipsum, et conductorem nullum fit negotium dictae causae argumentum textus in lege 2. ad legem Rhod. de jactu. lege cum in plures. 60. § mediis ff. h. t. lege Julianus 13. § generaliter de actionibus empti et conducunt, quod per explicatione in casu rei dubius locatae et inter eos confirmatione. Notarunt post Antiquos Fab. decis. 86. err. 10. Ant. Gom. lib. 2. var. cap. 2. n. 20. ubi plura Ayllon, et ad rem nostram notat Ramos redens cum pluribus Vela dissert. hispalensi 12. n. 15. qui fundat hoc in casu praeferri primum conductorem, 2° virtute pacti de re locanda, etiam si pactum sine scriptura fiat, aliud est, si pactum apponatur, ut finita locatione conductor primus, 2° conductori praeferatur pro eodem pretio; de qua specie loquitur in dicta lege 32. hunc enim recte restituit Zenon non aliter servandum pactum, nisi in scriptum celebratum sit, quia pro illud instru-

quo libertas Dni locandi, cui voluisset. argument. tex. in leg. in re mandata. de

singuiris recte Graciano, disp. 351. n. 4. et 5. Vela d. disertat. 12. per totum. precipue

quia simile pactum quod infringitur libera commertiorum facultas, ita ut pro eodem pretio

alter preferatur, odiosum fuit iure Romano. itaque prohibitum fuit iure retrahendi

rei vendite. leg. dudum 14. C. de contrah. empt. leg. 6. C. theodos. eodem excepto casu

leg. 1. C. non licere habitatoribus. lib. 11. Notant Fraquel. in proemio de retract.

Gifan. in leg. emptores. 9. C. h. n. 4. in fin. Duaren. Donel. lib. 13. cap. 1. lit. C.

Amaya in leg. 3. C. de fide et iure hast. fiscalis. quamvis recte in d. leg. 32. ...

ter prelat. pactum infringitur maiori deliberatione fiat et quamvis apud nos al...

quando in casibus ius retrahendi rei admittatur, tamen in hac specie non aliter recedendum

erit nisi forma d. leg. 32. servetur, videndus Vela d. disert. 12. per totum.

Q.

Precedens tamen conclusio ut ...e Dno finito tempore locationis,

si voluerit libere rem locare non admissa prelat. antiq. conductoris limitanda est in specie

d. leg. devenit 4. leg. fin. §. fin. C. de locat. pred. civil. lib. 11. in quibus veteres conduc

tores, pro eod. pretio novis conductoribus preferuntur, neque illud particulare est in con

ductoribus non habita differentia predij urbani, et rustici, quidquid varij dixerint aliqui

ex interpretibus, quos refert, et reijcit Vela decis. 17. n. 1. et superior communis

est opinio, quam tenent Gifan. in d. leg. 9. C. h. t. A. Gom. d. cap. 13. n. 5. Sarmiento

lib. 3. cap. 7. Zeballos lib. 3. com. q. 156. n. 62. Valenzuela conf. 75. ex n. 23.

Barb. voto decis. 81. per totum, et plures alij apud Ayllon ubi s. n. 5. Ratio autem

huius limitationis desumitur ex eo, quod quamvis conductores finito tempore locationis non po

ssint cogi retineri a locatoribus, quod finitum fuit pactum leg. invitos. 11. C. h. t.

tamen in locatione rerum fiscalium retinentur expleto tempore, si maximos fructus ex conduc

tione antea perceperunt, nec invenitur, qui tanto pretio locationem faciat. leg. co

... ferro. 11. §. fin. de publican. et vectigal. de qua specie loquitur tex. in leg. sicut

germes. 7. C. h. n. 4. ibi: ut idoneus detineretur. alia enim si maximos fructus

non percepissent a Fisco detineri non poterant, quo modo intelligendi, et componendi

sunt leg. d. d. tex. in leg. locatio. 3. §. 1. de publican. leg. 3. §. ut quinquennis. 6. ff. de

iure fisci. ubi agnoscunt Imperatores, inhumanum esse morem retinendi conductores,

id tamen abesse presentis. mos non abolevit, ut vertit Cujac. in d. §. indicat quod predictum

componendi modus potest. in d. leg. 7. C. h. t. et Barth. in d. leg. 11. §. fin. et seque

untur Peregrinus de iure fisci. lib. 6. tit. 5. n. 4. et 6. Pacis cent. 6. q. 76. Unde

ex ratione d. leg. ... d. t. compensandae iniquitatis predicte causa inductum fuit,

ut in rerum fiscalium pro eod. pretio preferrentur veteres conductores novioribus,

de leg. 4. leg. fin. C. de locat. pred. civil. Ratio huius dicte limitationis non admittit

Vela

vela dicert. 13. n. 40. stadio de vilibus movet verbis, ut reiect. in indig
alij differentiae rationes praestat Sarmiento lib. 3. select. cap. 3. qui eleganter, ait
quod ratio d. l. ne cui. 32. C. h. t. non tantum respicit dominorum pecuniariam utilitatem, cum idem
sit pretium 2.i act. conductoris pro eod. pretio admitti, et praeferri desiderantes
affectum et voluntatem locandi uni potius quam alteri, qui affectio non datur in Principe,
fisci, vel eius patrimonij privati res per alios locarentur. l. 1. C. de officio comit.
res privat. iuncta inscript. d. l. 4. de locatione praed. civil. ubi Cujac. in
tit. officio procuratoris Caesaris. et C. de officio Comitis largit. sacrar. nec in
republica, cuius vectigalia, et praedia locabant Censores, et in eorum officio
fes. Ovid. lib. 4. de ponto. eleg. 3. agens de officio consulis. ibi:

Nunc longi reditus hastae supponere lustri
Cernat, et exacta cuncta locare fide.

Cujac. in recit. ad tx. in d. § 6. et tamen in hoc casu ratio utilitatis penitus ar
cranda sit, et eadem inveniatur in veteribus, ac in novioribus, imo maior in
bus, quia in tree certum e ob bene solutas antes pensiones, ut supponi debet.
catis. ff. de debitores. de publican. et quia praetextu praelationis plures in venien
quia ad licitandum accedant versa in diversa rationes 3. § 6. de iure fisci. ut
vertit Gifan. in d. l. 3. h. n. hic. inde est, quod veteres conductores praeferantur
novioribus. alio modo rationem differentiae praestat Amaya in d. l. 3. n. 30. ... non d
quemadmodum ex hac differentiae rationes admonendi erit, decis. de l. ... here et loco
in conductoribus rei publicae, sed locatio ita ut veteres conductores praeferantur no
vioribus pro eod. pretio. Vela d. dicert. 13. n. 51. in privatis ... stand...
decis. de l. ne cui. 32. ut pateat libera voluntas domini locandi, qui
fuerint, excepto privilegio scholasticis concesso. in cap. 1. de locatione. ut
bentes in conducta domo pro eod. pretio novioribus conductoribus praeferantur, ne
expelli possint, quod late exornant Brito de locat. in cap. 1. Barb. solut. ma
in l. 1. p. 2. n. 51. Tom. 2. var. cap. 3. n. 5. et in hac incita Universitate
statuto Martini § 26. per quod rescinditur, et annullatur locatio facta domo, quam
scholasticus habitat, etsi fiat alij scholastico, in quo corrigitur ius commune et
extenditur privilegium. de cap. 1. de locat. quod non habebat locum in relocatione fact
alijs scholasticis, ut asserit Barb. d. n. 51. Ulterius inter quod annullatur rel
2. et ita non tenebitur offerre pretium 2.i conductori, sed pro pretio anti remebit scolas
in domo conducta, ut insinuat statuto. de tri ante festum S. Michael. certificaverit
dominum se velle remere in praed. domo. et si dominus 2.a fecerit, ita excommunicatione ipso iure
innodatur, et absolvitur, donec vel scholasticum non inquietaverit, vel 20. florenum pretium no
mine ei solvat.

3.

Finitur etiam dicta locationis ante tempus ex parte conductoris, quo
casu conductor uti non potest re conducta propter aliquod superveniens impedimentum sine culpa
locatoris veniens, vel si alias habet causam deserendi, nam tunc impune potest deserere
rem conductam soluta mercede temporis anterioris, nec tenetur potest locator de interesse venire
leg. si merces. 25. §. vicino. leg. habitatore 27. §. fin. h. t. leg. 21. tit. 8. part.
5. ferre tamen debet aequo animo impedimentum, quod parva domus est minus commode
dicitur prohiberi. d. leg. habitatores. 27. in princ. alias enim si conductor nullam
deserendi causam habet, condemnabitur ad solutionem pensionis residui temporis, et inde
quod interest locatoris. d. leg. habitatores. 27. in fin. leg. domus 55. §. ult. leg. 24. §.
si domus 2. ff. h. t. d. cum consiliat. et exposit. cum leg. 1. §. si pensio. 4. de migran-
do. videndus est Cujac. lib. 23. obs. cap. 34. Fab. in ration. ad d. §. quaerere.
antiquorum sententiam exponit. et quando sit iusta deserendi causa ex parte conductoris, et excone-
retur ab solutione pensionis in futurum. videndus est Fab. in ration. ad d. leg. 2. §. ult.
cum leg. seq. Sifan. in leg. emptorem. 9. C. h. t. Ant. Gom. lib. 2. var. cap. 3. n. 3. Covarr.
in practica. cap. 30. lib. 40. var. cap. 6. Molina de iust. et iur. tom. 2. disp. 493.
quae omnia, et de remissione pensionis propter sterilitatem suo loco latius pertractanda sunt,
ex parte etiam locatoris finitur locatio ante tempus, ita ut impune expellere conductorem possit
in quatuor illis casibus, qui refferuntur in leg. aede 3. C. h. t. leg. 6. tit. 8. part. 5. cap. quod
propter sterilitatem. ut. verum. de locato. primus est si cessaverit conductor in solutione pensio-
nis, sed quod tempus cesare debeat in solutione late dixerunt interpretes biennii cessationem
requiri exprimitur in leg. quaero. 54. §. inter locatorem. leg. cum domini. 56. ff. h. t. ex quibus aliqui
deduxerunt biennii cessationem necessariam esse, alii contendunt, non soluta pecunia suo tempore
conductorem expelli posse, et respondent quod d. leg. 54. §. inter locatorem intelligenda est, de
pacto de non expellendo apposito fuit, verior est opinio, quod cum facta est locatio per annum,
aut biennium non soluta pensione suo tempore possint expelli conductor, si tamen per plures
annos facta sit, biennii cessatio necessaria erit, ut possit expelli conductor, et ita
hunc casum accipiunt dicta iura, quae de biennio loquuntur, et in casu quo non facta
fuit per plures annos, et tempus pensionum assignatum non fuit, non nisi transacto anno
potest conveniri conductor, ut pensionem solvat. argumento text. in leg. Julianus. 13. §. 8. de
action. empti. nisi solemne tempus solvendi pensionem consuetudine introductum fuit: ut
olim Kalendae martii solemnes erant, ut predicta in eis solveretur merces. leg. 58. de
usufr. et Julliq. in leg. 9. qui potiores. et indicatur in leg. cum precario. 12. ff. de precario.
leg. cum ab eo. 4. d. de h. empt. Cujac. tract. 8. ad Afric. in d. leg. 9. Otualdo ad Donel. lib.
13. cap. 8. lit. F. quapropter conductor potest expelli, si transacto anno non solvat,
quando nihil dictum fuit, nisi ex more regionis, solemnis sit dies ad solutionem pensionis: itaque

parta 27º. blanco

4

Relectio ad cap. ... cohibendis ... de cohabitat[ione] clericorum et mulierum ... Cathedram
Primariam Canonum vacantem ... in Vallisoletana ...
fuit perlecta die 10 mensis Julii hora ... ante meridiem quae ad ...
... [illegible] Domini 1691. ...
... Nieto = Lib. 3. tit. 2

Schedas. 29.

In Cap. Inhibendum 1°. de Cohabitat. Clericorum et Mulierum, proponitur quosdam Sacerdotes indifferenter nulla q. facta personarum dist.ne mulieres secum retinere, ex quo facto plurima inhiribebat damna, quae ut evitarentur Concilium Maguntinum precipit ut nullus Sacerdos domi retineat eas faeminas de quibus aliqua potest esse suspitio, immo etiam prohibuit illas Matrem, amitam et sororem habere quia instigante Diabolo tale scelus perpetrari timetur, si enim presbiteri de his Mulieribus necessitatem habuerint in Vico aut in Villa domum longe a sua conversat.e habeant et ob eis quae sunt necessaria suministret .. Ex qua facti specie D.° quae ab interpretibus deducitur sic se habet: Clericus non potest retinere in domo mulierem suspecta de incontinentia etiam si sit Mater vel alia Consanguinea, quae D.° probatur ex Tex. in Cap. Siquisque 2.° cap. Super eo 5. cap. Si auctoritate 6 cap. a nobis 9 de Cohabit.e Clericorum, cap. Cum in Iuventute 45. Ex praesumptionibus cap. Cum iuvent.e 12 de Purgat.e Canonica, cap. Ut clericorum 13 de Vita et honestate Clericorum, cap. Si Concubinas 55 de Sent. Excomunicationis, cap. Clericus 20 cap. Sed etsi 21 cap. Volumus 24 cap. Legimus 25. cap. In omnibus 26 cap. Cum omnibus 27. cap. Non oportet 28. Cum pluribus 81 dist. 1.° cap. Hospitiolum 17 cap. Interdixit 16 32 dist. cap. Quorundam Mulierum 34 dist. Exornant et illustrant hanc nostram D. antiquiores communiter ad nostrum tex. repetentes et propter eos Thomas Sanchez lib. 7 de Matrim.° disp. 32 n.° 5 cum seqq. Basilius lib. 7.° de Matrim.° cap. 26 n.° 5.° Demum Greg. lib. 1.° Part. Iuris Canonici lib.° 21 cap. 1.° Anastasius Germonius lib. 2 animadvers. cap. 18. Mendoza ad Iciliam sibit. lib.° 2 cap. 53 Cusatius lib.° 2.° observat. cap. 10 Barb. lib. 1.° de Ecclesiastico cap. 40 n.° 5 8 cum seqq. Aut. Agust. in Epitome Iuris Pontificii 1.a p. lib. 4 tit. 35 et in aliis locis ubi plurima Concilia de hac nostra Materia tractantia refert quae mitto. Sufficiat Trid. Sess. 25. Cap. 14 de reformat. Plures alii II. relati a Barb. qui hanc nostram Conclusionem confirmant ==

Sed dubitandi rationem movet sequens consideratio, nam Sacerdotes qui Sacro Altaris Ministerio sunt adicti, semper caste et honeste debent vivere, et in omnibus suis actionibus morum honestatem servare, cap. Ut Clericorum 13. cum vulgatis de Vita et honestate Clericorum. Similiter suas actiones ita componere debent, ita ut aliis honestum praebeant exemplum, cap. Clerici 15. de Vita et honest.e Clericorum, quorum conversatio feminis prohibere non debeat, cum extati conversat.e presumere debeamus, vitia vitanda esse et ad meliorem vitae frugem convertendas esse, ex illud Psalmi cap. 17. Cum Sancto Sanctus eris cum perverso perverteris, magis enim movent exempla quam verba, teste Divo Ieronimo homilia 2.a et Aristotile lib.° 10 Ethicorum, igitur faeminarum conversatio prohiberi non debet, clericis saltem ut illorum exemplo ad perfectam vitam reducantur, plurima nam quae exempla efficiunt, quae absque illis non fierent ex tex. in cap. Indignantur 5, 32 quaest. 5 ubi gravius puniuntur viri adulteri quam uxores, quoniam debent exemplum praestare. == Auget hanc dubitat. D.° ex eo nam ubi non est Mulier ingemescit aegrotus Ecclesiastici cap. 36. ubi malum necessarium vocat ex D. Chrisostomus in Matheo cap. 39 homilia 32 igitur Clericus eorum consortium prohiberi non debet cum nulla domus absque eis recte gubernata inveniatur == Secundo nam quaelibet christ.ae actio nostrae vitae debet esse instructio cap. Bonae Memoriae 9. de Elect.e Exament. 15 de Magistris. Sed Dominus noster conversavit cum Maria Magdalena et cum Samaritana et cum aliis plurimis, igitur clericus non debet fugere conversationem Mulierum ==

Cum dubitationibus non obstantibus, dicendum est nostri tex. decisionem verissimam esse, videlicet clericos non posse retinere in domo Mulieres, sive extranee sint, sive Mater, aut quaelibet alia consanguinea. Cuius decisionis rationem ut demonstrare possimus non nulla animadvertenda veniunt, et imprimis sciendum est a clericis et ecclesiasticis viris conversationem faeminarum magnoopere fugiendam esse, clarum, quia aliis omnibus modis detestandam non solum quia a malo sed quia a suspit.e mali debent abstinere cap. Cum ab omni malo 13 de Vita et honestate clericorum, cum domus dei non solum a crimine verum etiam a criminis suspit.e debeat esse libera, et dei Ministri ita mundi et abstinentes esse debent ut mundas valeant ad Dominum levare manus ut ipse dominus his verbis praecipit. Mundi estote quoniam Sanctus ego sum Dominus deus vester, quae verba refert Gregorius Magnus in cap. Oportet 23, 81 dist. == Rursus dicendum est Sacerdotes qui a sacris dicuntur quasi sacra dantes docente Varrone lib. 4 de lingua latina, semper debere Ministeriis ecclesiasticis adesse, spectat namque ad eos offerre, benedicere, praeesse, praedicare, baptizare, aliaque similia, ob quorum Ministeriorum excellentiam et propter Maiestatem et gloriam Domini cui ministrant, eorum dignitas incomparabiliter preciosa habita est. Adeo ut ipsorum ordo non temere dicatur praeeminere [illegible] regali celsit.e tanto quanto pretiosius est aurum plumbo, nec minus cum Sacerdotes patres et Magistri Principum sint cap. Quis dubitet cap. Duo sunt 96 dist. quapropter aliquando Dii aliquando Angeli appelantur cap. Sacerdotibus 11 quaest. 3.a Capitulo ex tenuto de Signitiis frequentissime vero Presbiteri non propter senectutem sed propter prudentiam cap. Clero 21 dist. porro Presbiterorum alii duntaxat Sacerdotali dignitate praefulgent, qui simpliciter Sacerdotes appellantur et in locum septuaginta duorum successerunt, alii praeter Sacerdotalem aliquam ultra obtinent et in Apostolorum locum sufecti fuerunt, ut Episcopi, Archiepiscopi, Primates, Patriarchae, et Summi Pontifices, quos omnes de Sacerdotali ordine esse probat tex. in d. cap. Clero 21 dist., ubi nostri tex. prima verba ob. Inhibendum est ut nullus Sacerdos etc. non tantum de Sacerdotibus qui nihil ultra Sacerdotii dignitatem habent, verum etiam de illis qui in Maiori sunt dignitate constituti, adeo ut ipse Romanus Pontifex qui in superiori dignitate est constitutus comprehendatur. Si ergo Minoribus Prelatis haec conversatio prohibetur quanto Meliori ratione illis qui in Superioribus dignitatibus constituuntur. Convenit huius dignitatis causa Sacerdotes, Clericos et ecclesiae Prelatos tanquam divinis officiis Mancipatos ab omnibus operibus temporalibus exemptos esse cap. Duo sunt genera 12 quaest. 1.a cap. 1.° ne clerici vel Monachi, itaque ut duplex privilegium sit illis concessum, Canonis et Fori, ita ut Laici de eorum Causis non cognoscant cap. Decernimus de Iudiciis et ut si forte

Manus Violentas in eos injecerit ipso facto excomunicationem incurrat de qua in cap. Si quis suadente Diabolo 17 q. 4.
Cap. Si quis 2.° 26. nostro 4.°

